



**Ad theologastrorum Coloniensium censuram Henrici Artopæi
responsio, pro defensione catechismi Joannis Monhemii
Præceptoris sui conscripta**

<https://hdl.handle.net/1874/406608>

AD THEO- LOGASTRO-

RVM COLONIENSIA-

V M CENSVRAM

Henrici Artopœi

Respon-

sio,

PRO DEFENSIONE CATE-

chismi Ioannis Monhemij Pra-


ceptoris sui conscri-

pta.



2. Timoth. 3.

Quemadmodum Iannes & Iambres resistebant
Mosi, ita & hi resistunt Veritati, homi-
nes mente corrupti, reprobi
circa fidem. Sed non pro-
ficiunt amplius.



ILLVSTRISSI-

MO CLEMENTISSIMO' QVE

Principi, Domino Guilielmo, Du-

ci Iuliæ, Cliviæ, Montensis,

Comiti Marchie &

Rauenburgi,

& cæt.

S.

BEATISS. AVRELIVS
Augustinus non sine maxima de-
lectatione commemorans eximias
laudes Valerij Comitis, ad quens
libros illos suos de Nuptijs &
Concupiscentia scripsit, Princeps Illustrissime,
inter præclaras eius uirtutes, & hanc recenset,
quod summa cura aduigilauerit, ne quis insidie-
tur membris Christi, coopertus uelamine Chri-
sti. Digna profecto Heroico genere cura, & his
difficillimis temporibus controuerse Religionis
summe necessaria. Quando hinc domestici ho-
stes, & facata religionis specie testi ueritatem
Christi infstant: inde immoderati & mali Do-
ctores, Ecclesiæ petulantia sua perturbant: non
nulli etiam prava & uenenata dogmata, titulo
repurgatae doctrinæ Christi spargunt, atq; dispe-
minant. Itaq; laude digna est Illustrissimæ C.T.
prudens moderatio, que ita studet ornandæ glo-
rie Christi, ut simul dignitati Ecclesiastici ordi-

A 2 nis

EPISTOLA

nis, & tranquillitati publice consultum cupiat.
Nihil hac uoluntate gloriōsius, nihil dignius
Christiano Principe cogitari potest. Quare bo-
ni omnes in ditionibus tuis, ut maxime lētantur
contemplatione Heroicā um uirtutum tuarur,
ita Patriæ suæ gratulantur talem Principē, quā
fuscepit curam sanandæ Ecclesiæ, non tam uios-
lentis remedij, quām uera ratione, & optimo
Principē, nec non Christiana lenitate dignissi-
ma. Et ut Illustrissima C.T. non desinat in hanc
curam cogitationemq; toto pectore incubere,
ardentiissimis uotis expetunt.

Porrò tametsi discordia publica malis & indo-
ctis alicubi locum præbet, quorum petulantia
coercenda sit, tamen oranda est Illustrissima C.T.
ne asperioribus iudicijs & scriptis quorundam,
aduersus bonos uiros & Ecclesiæ utiles, iracun-
diam suam accendi patiatur. Prodiit nuper Li-
bellus amarulentissimus Illustrissimæ C.T. dedi-
catus, aduersus Catechismum optimi ex de Re-
publica bene meriti ui i Ioannis Monhemij, con-
scriptus à morosis quibusdam Sophistis, qui se
Theologicæ facultatis deputatos uocant, qui cū
res bonas nullas contineat, & manifestas doctrinæ
ne corruptelas, ac superstitutionum ludibria de-
fendat, totus scatet calumnijs & conuictijs, qui-
bus ut Monhemium & eius collegas proscindunt,
ita laudatissimam ab Illustrissima C.T. erectam
scholam confundunt, conspurcant, & traducunt.

Ceterum

DEDICATORIA.

Ceterum cum res ipsa declaret, hanc scholam iuentutem praeclare & feliciter instituere, eiusque rei fructum non solum Illustrissimæ C. T. ditiones, uerum etiam finitima circa gentes percipiatur, profectio est adhibenda diligentia, ne res bona, & Ecclesiæ ac Reipub. utiles, iniustissimis Sycophantarum iudicijs in odium uocentur, & peruersant. Si hic aduigilauerit Illustrissima C. T. hoc principiè beneficium multarum gentium amorem merebitur, & ueram sibi conciliabit gloriam.

Si concordiae studiosi essent Aduersarij, non ita funiculum contentionis traherent, sed consilium mitigandarum controversiarum suscipient: nunc autem heret in ipsorum duritie culpa discordiae, cum quibus, nisi oppressa ueritate, Pax esse non poterit. Id cum non obscurè declarant, maneat nobis aduersus illos (uerbis Augu= Contra stini utor) potius pro ueritate certamen, q̄ cum Faustin. illis in falsitate concordia. Pacis & moderatio= Manich. nis hactenus studiosum fuisse Monhemium, nec li. 29. c. 2. Illustriss. C. T. clam esse puto. Quid igitur opus fuit modestissimum virum tam atrociter impetrere? Toties heresios immane crimen in maleficio suo scripto obiciunt innocentem: toties fœdos errores, seductiones, imposturas, uafrities crepant. Quid istic Tragoedijs opus erat? Num ullam immoderatam opinionem, aut quæ labefactet sanctissimum Ecclesiæ ordinem, in Catechismo reprehendere potuerunt? Imò dum Sacras literas

FFIST CLA

ras ut Dædali labirynthum in quo aberremus,
ut heresewn omnium seminarium, ut incertas, ut
flexiloquas, nec ad institutionem pietatis suffi-
cientes, ore sacrilego lancingant, earum authori
Spiritui sancto, in cuius contumeliam hec om-
nia recidunt, cæcitatis & amentia penas dant.
Etenim errorum Catechismi explicationem, &
doctam quidem polliciti, præter conuitia & Sy-
cophantias, nihil quam inanissimas Matæologie
suæ quisquiliæ euentilant. Dum non renatis,
hoc est, peccati mancipijs opera bona tribuunt:
Dum libero arbitrio plenam libertatem asscri-
bunt, quæ in Diaboli seruis nulla, in Dei uero
filiis imperfecta est: Dum in concupiscentia, quæ
semper regnum in nobis contra Dei legem affe-
stat, peccati naturam non agnoscunt: Dum sine
peccato Renatos esse, eosq; legi Dei satisfacere
statuunt, cum uix inchoatam præstent obedien-
tiam, multis adhuc infirmitatibus obnoxij: Dum
homines procumbere humili, & pandere palmas
ante effigies & simulachra Diuum iubent: Dum
impurum cœlibatu honesto coniugio præscrunt:
Dum de fidei & spei nostræ incertitudine, Pyr-
thoniorum more disputation: Dum iustitiam Chri-
sti, fidelibus imputatam (heu cæcas mentes) exi-
bilant, eiusq; loco inhærentem statuunt: hæredi-
tatem filiorum Dei, mercedem operum faciunt:
mortuos ut opitulatores inuocari uolunt: Sa-
cramenta ex opere, ut loquuntur, operato salu-
tem

DEDICATORIA.

tem conferre tradunt: Poculum Domini Laicis
negant. Sed, ut ille canit:

Desinat ante dies, q̄ consequar omnia dictis.
Si quis hæc delyria non approbet, in eum sex-
centa anathematum fulmina intonant. O doctos
explicatores errorum, o pietatis supercilium.
Ecquid pudet tenebriones harum tenebrarum,
patefacta luce Euangelij. Verum enim uero ne-
queunt oculos ē contentionum Scoticarum cali-
gine ad lucem perspicua ueritatis attollere, et
ut doctiss. Boëtius inquit, similes sunt auibus,
quarum intuitum nox illuminat, dies cæcat.

Si Patrum iudicio standum erit, iam ad restim-
res redierit Aduersarijs, quando nærias eorum
Irenæi, Tertulliani, Origenis, Basilij, Epipha-
nij, Chrysostomi, Theodoreti, Cypriani, Ambro-
sii, Hieronymi, Augustini, et aliorū, illustrissi-
morū uidelicet et ueluti maiorū gentiū Patrum
testimonij liquido consutamus, et nostram esse
sanctam atq; eruditam uetustatem declaramus.

Quanta uanitas est aduersariorū superstitiones
suas ad traditiones Apostolorū referentias quos
uel unus Irenæus satis refellit. Is enim Catholicæ Aduersariae
Ecclesiæ fidem et traditionem exponens, postq̄ hæreses
recensuisset ea, quæ symbolo, quod uocant Apo- Valent.
stolorum, continentur, subdit: Spiritualia quidē li.1.c.2,3
nequitiae et Angelos transgressos, atq; Apostas
factos, et impios, et iniustos, et iniquos, et
blasphemos homines in æternum ignem mittat:

EPISTOLA

īustis autē & equis, & præcepta eius seruantibus, & in dilectione eius perseverantibus, qui busdam quidē ab initio, quibusdam autē ex poenitentia uitam donans, incorruptelam loco muneris conserat, & claritatem æternam circundet. Hanc predicationem cūm acceperit, & hanc fidem, quemadmodū prædiximus, Ecclesia, & quidem in uniuersum mundum disseminata, diligenter custodit, quasi unam domum inhabitans, & similiter credit his, uidelicet quasi unam animā habens & unum cor, & consonanter hæc prædicat, & docet, & tradit, quasi unum possidēt os. Nam et si in mundo loquela dissimiles sunt, tamen uirtus traditionis una & eadem est. Et neque hæc, quæ in Germania fundatæ sunt Ecclesiæ, aliter credunt, aut aliter tradunt, neq; hæc quæ in Hiberis sunt, neq; hæc quæ in Celtis, n. q; hæc quæ in Oriente, neq; hæc quæ in Aegypto, neq; hæc quæ in Libya, neq; hæc quæ in medio mundi sunt constitutæ: sed sicut sol creatura Dei in uniuerso mundo unus & idem est, sic & lumen prædictio ueritatis ubiq; lucet, & illuminat omnes homines, qui nolunt ad cognitionē ueritatis uenire. Et neq; qui ualde præualent in sermonē, ex his qui præsunt Ecclesijs, alia quam hæc sunt, dicent. Nemo enim super magistrum est: neq; infirmus in dicendo deminorauit traditionem, hec Irenæus. Memorabile est profectò uetus scriptoris de traditione Apostolica testimonium,

preca

DEDICATORIA.

presertim uero, quod ait, *D*isertissimos Ecclesiæ
Præsidum non alia dicturos, quam ea quæ recen-
sunt. Cum ergo longe alia, quam hæc sunt, tra-
dat Mætæologia de intercessione mortuorum, &
igne purgatorio, reliquisq; superstitutionibus,
nonne à simplicitate & puritate Apostolice tra-
ditionis procul recessisse iudicanda est?

Sed omissis aduersarijs, Illustrissimam C. T.
oro, ut Ecclesiæ saluti porrò consulere perget,
euius uulneribus mederi, admodum gloriosum
est Principi. Initia emendationis Ecclesiarum ab
Illustrissime C. T. patre pia memoria, recte
proposita suè sed bellorum tumultibus & im-
periorum confusionibus, emendatio ipsa hacte-
nus impedita fuit. Nunc autem, cum Dei benefi-
cio mediocris sit tranquillitas, superillumstrem
uirtutē Illustrissime C. T. Christianissimi Poë-
tæ Prudentij uerbis incitare mihi permitto:

Contra
Symma-
chū, li. 2.

Arripe dilatam tua Dux in tempora famam,
Quodq; Patris supereft successor laudis habeto.
Tamen si nihil opus est exhortatione mea. Videt
enim Illustrissima C. T. pro singulari sua pru-
dentia, necessariam esse his locis emendationem,
propter deplorandam infcitiam Pastorum (de
multis loquor, non de omnibus) & singularem
uulgi, quoad sensum pietatis, stupore & amen-
tiam, ac religionis ignorantiam. Intelligit etiam
Illustrissima C. T. pro sua excellenti sapientia,
& hanc curam Diuinitus Principibus esse man-

A 5 datam

EPISTOLA

datam, qui non tantum posterioris, sed & prioris Tabulae custodes constituti sunt. Sed abrumpo sermonem. Vereor enim, ne Illustrissimam C. T. prolixitas offendat. Precor autem, ut Illustrissima C. T. has qualescunq; Antinomias meas, quibus Veritati patrocinari uolui, aequo animo accipiat. Et permitto iudicium Illustrissime C. T. de hoc scripto meo: & de uoluntate mea hoc affirmo, me bonorum & doctorum sententijs, iudicium meum aggregaturum. Meq; Illustrissime C. T. tanquam Optimo Principi, & cupido iuuanda Ecclesiae, commendando. Opto Illustrissimam C. T. in
CHRISTO IESV
bene uale=
re.

C. T.

deditissimus
Clientulus

Henricus
Artopœus.

NOBILI AC SUMMAE SPEI

Adolescenti Paulo Stheinio suo

Henricus Artopœus

S. P.

V O D CENSVRAM I=
stam Matæologorum Colonien=
sium ad nos pridem Colonia mi=
seris , ut gratissimum nobis fuit ,
mi Paule , ita non nihil rursum fuit
molestum quod tam diu post editionem usura rei
tam præclaræ scilicet , tandem nobis frui conti=
gerit . Metuisti fortassis , ne doloris summi cru=
ciatu conficeremur , si D. Monhemium , uirum
optimum , ex de studijs nostris ac multorum in=
genuorum adolescentum Dusseldorpij quam o=
ptime meritum , capite ac fortunis à Matæologica
uestra turba (quæ se MAGISTROS NO=
STROS uult dici) oppugnatum audiremus .
Imò hinc ne dolorem quidem minimum , sed uo=
luptatem etiam hausimus non uulgarem . Non
enim dubitamus , quin ea tela , quæ in pium
Monhemium alijs clani administrarunt , alijs pa=
lam coniecerunt , multò leuiora atq; hebetio=
ra sint futura , quam ipsi eius hostes putarint .
Qui cum maledictis ex mendacijs (quibus tota
Censura est consuta) uiro integrissimo summum
probrum conantur obiectare , præter suam ipso=
rum expectationem , mire laudem Monhemij uel

A 6 inuiti

EPISTOLA

Inuiti illustrant, pietatem prædicant, probitatem ac modestiam celebrant. Suum contrâ in ueram Christi doctrinam ac sinceram Religionem, odium & inuidiam sic aperient, uirus suæ acerbatis in pios ita faciunt omnibus exploratum, ut ea non coniectura colligi, sed oculis cerni, & manibus teneri videantur. Quid cum animaduertissem, & cum alijs aliquot Commilitonibus hanc rem communicasset, uisum fuit nobis, ut hunc tam elegantem (si Dijs placet) pullum, cui excludendo tot galline Theologicæ, & tam diu incubuerunt, Præceptoribus hic nostris uiris eruditiss. & uerè Theologis offerrem inspicendum & contemplandum: ut ex plumis ualde quidem monstrosiss, Harpyis opinor detractis, nuperauam auem cognoscerent & iudicarent. Hic ad primam statim inspectionem uarij sunt sermones exorti. Alius iactabat prouerbium, Mali corui malum ouum: alius, Ex unguibus leonem: alius, An ex Nazaretha aliquid boni? Tandem ubi nostro rogatu hunc bubonem satis fuissent contemplati, hoc est, Censuram hanc Euangelicæ luis hostem ac æmulam diligenter censuissent Censores integrissimi & acutissimi, in primis sunt mirati profundam istam ac plusquam Sorbonicam & Magistralem MAGISTRORVM NOSTRORVM Colonensem Theologiam. Censebant eos tantam illuminationem ex Scoto, tantum acumen & subtilitatem ex Comestore, tam multius

DEDICATORIA.

multiplices argutias ex suo Alberto Magno, Thoma, Occamo, ac similibus non insimae sortis sue Ecclesiæ Doctoribus hausisse à teneris, et cū ipso lacte imbibisse. Erant tamen, quibus hoc iudicium non omnino satisfaciebat, eensus cos infinitis partibus etiam superare clarissimi D. Scoti & Thomas Aquinap, crassissimi Comestoris crassitudinem & obstatem, &c. Quare ipsis uideri ab alijs multo etiam subtiliore spiritu afflatis hastatas, & ferre supra humanam conditionem, eos accepisse dotes: nec omnino potuisse mutis tantum magistris, sed uiua etiam uoce institutos in tam profundum specu doctrine & facultatis Mætæologice demersos esse. Sciebant autem illi, quales abhinc paucis annis plusquam Seraphici doctores & Theologi Coloniam commigrassent, & breui (quo sunt alumine in genij) magnam nobilis Agrippinæ partem sibi sceneratoria pecunia propriam fecissent. Qui, ut testentur subtilem suum spiritum, & acumen planè coeleste, sectæ sue abhinc annis plusminus uiginti primi institute, nomen sublime & deotatov impo- fuerunt, ab ipsis summi Dei solio detraictum, immo ab ipso Filio Dei Iesu desumptum, quod Divinitatis nomen est. Appellari enim se volunt Iesuitas. Christiani eognomē, quod scimel omnibus Christū amplectentibus Antiochiae sit impostum fastidiunt, tanquam humilius, & infra ipsorum dignitatem positum: qua ab humanitate

EPISTOLA

sumptum, etiam si tamē ad unctionē & Regiam,
& Sacerdotalē & Propheticā pertineat. Horum
dicebant illi nostri Praeceptores, consuetudine fa-
miliari, & cœlesti (scelesta dicerem) doctrina,
& uita religiosa (superstitiosa in quam) immō
sacra, tam sacros etiam MAGISTROS NO-
STROS Censores, tam acutos, tam sublimes
quoq; Theologos subito euasiſſe: eorumq; af-
flatu, confilio, & præſidio & quē sacram ac sce-
lestam hanc Censuram concepiſſe, & longo par-
tu tandem edidiſſe. Ita illi. In quorum senten-
tiam cateri omnes nostri Proftſſores pedibus
iuerunt, palam afferentes, eodē quo superbi Ie-
busitæ ſpiritu, qui nequaq; à Deo eſſet, Mateolo-
gicā quoq; turbam Colonienſem penitus eſſe tur-
batam. Deinde fuit quæſitum, Num ſcriptū hoc
monſtroſum aliquam Apoloſiam me eretur aut
reſutationem. Neq; hic eadem omnibus fuit ſen-
tentia. Quidā ceneſebant nihil magis conuenire
Cenſuræ, q; ſpongiam, in quā incumberet: aut A-
pothecis feruiret, folliculos præbitura ſemini-
bus, ut taccam, quod uerecundē dici uix queat.
Alij putabant ad doctiſſimas clariss. uirorū re-
ſutationes uel ſexcentas, quib. omnia deliramen-
ta Sophiſtica ſemel conciderunt, relegandos eſſe
Homines impudentiſſ, quos nihil puderet oram-
ben toties recocitā rurſus apponere, qui iam pri-
dē omnia euideſter explicata de industria rurſum
inuolueret, qui aperte falſa & impia ex apocry-
phis

DEDICATORIA.

Phis attexerent, qui auctoritate Ecclesie & Pa-
trū ita oēs pios obstupefacere conarētur, ut hac
ratione eos de gradu, de certa sua sentētia, de fa-
cros sancta diuini uerbi auctoritate deiſciant, qui
ridiculo tanto supercilio nuperi & miserrimē
proſligati Cōſilij Tridētini anathemata in caput
innocētis Mōhemij furiosoē intonarēt. An nō hu-
iſmodi, aiebāt, horrenda tonitrua, & bruta ful-
mina à piorū capitibus iampridē uolenter sunt
depulſa? Lgeat & intelligat, quæ in ſuū Eckiuū,
quæ in Coclæuū, quæ in Fabros, in Alphonſos, in
Pigios, aliosq; ſimiles Athlātes, qui ſuos hume-
ros ruinoſe Eccl. Rom. fertiter quidē, ſed tamen
uiftra olim ſubiecerūt: quæ etiam in ſuū ipſorū
Catadidagma extant refutationes doctiſ. homi-
nū. Legant ſi uelint: ſi nolint, abeant quō digni
ſunt cæci & duces cæcorum Hæc illorum erat ſen-
tentia, nec absurdā. Non deerant tñ alijs, qui pijs
& ſtudioſis adolescentulis eiusmodi pugnas aut
uelitationes potius, recte & decorè, nec ſine fru-
ctu quoq; poſſe cōmitti affirmarent: uidelicet ut
ſictanq; ad palū tyrunculi, ſeſe diligentius exer-
ceant, omnia accuratiū exutiant, ſolidioribus
argumentis contra aduersarios in omnem euen-
tu ſeſe instruant, atq; etiam ut ſimul reipsa expe-
riantur, maiores nostros primos Antagonistas
in his monſtris atq; hydriſ cōficiendis plusq; Her-
culeo labore incubuiſſe: atq; hinc intelligat ſe in
eorū labores facillimē & quāſi exoriſi ingressos
eſſe, Placuit iſtorum ratio cæteris quidem con-

EPISTOLA

discipulis omnibus, sed non aequè mihi: propterè quòd in meos humeros hæc prouincia deuolueretur, meoq; dorso hæ clitelæ imponerentur: cui quidem eas communī consensu dicebant Professores conuenire, non quòd eruditioне cœteris antecellerem, aut dicendi exercitatione plus ualere, sed quòd hoc quicquid esset officij, pietati deberem: Monhemium mihi quondam Rectorem & Præceptorem unice colendum, hanc propugnationem & defensionem suæ dignitatis, innocentiae & pietatis prope suo iure à me flagitare. Quid coiçeis mi Paule euenisce? Id quod uides. Hinc instabant & urgebant me sua auctoritate & benevolentia in me singulari Præceptores mei viri ornatissimi: isti nō me commonebat pietas & amor eius summus, cui me totum debeo, Monhemij, sedulo & fideliter suam Spartam, hoc est, Dusseldorpianam illam Scholam iustrem, unā cum Collegis suis hominibus pijs, doctis, & diligentissimis, iam annis (ni fallor) sedecim ornantis & administratis, ita, inquam, me eius amor commonebat, ut & lubens & latus in hanc arenam descenderim. Velitationem tamen in menses adhuc aliquot ut differremus, usum nobis fuit operæ pretium, si fortassis ipse Monhemius veteranus miles clypeum suum bennundiq; munitum & firmum interea hostibus obiectaret. Cæterum quum mecum reputarem, longoq; usu exploratum haberem, qua esset moderatione

EPISTOLA

Ratione ex modestia noster Monhemius, quam
pacis & quietis studiosus, quam ab omnibus
contentionibus & rixis alienus, qui recte iudi-
cret Theologastrorum stultitiam & insaniam
eleboro patius purgandam esse, quam suo scri-
pto exagitandam, cœpi tandem mi Paule, hanc
pugnam inchoare, & in Monhemio mastigas ue-
rae pietatis hostes Matæologos uestros pro meo
tyrocinio uelitari, ut & hac ratione pro iudi-
cio meorum Præceptorum me ad grauiora cer-
tamina præpararem & confirmarem, & Mon-
hemio nostro utriusq; quondam Præceptori ali-
quam gratitudinis meæ erga ipsum significatio-
nem darem. Neq; tamen existimes, quasi hac ue-
litatione uestros Matæologos expugnari, uel ad
meliorem mentem adduci posse nobis ulla spes
fuerit: minimè. Est enim in confesso illos ex
corum esse numero, de quibus uaticinatus est
Esaias: Qui auribus audient, & non intelli-
gent, & uidentes uidebunt & non cernent. In-
crassatum est enim cor istorum, & auribus gra-
uiter audierunt, & oculos suos occluserunt, ne
quando uideant oculis, & auribus audiant, &
corde intelligent, & conuertantur, & sanet il-
los Dominus. Tantum cauere uoluimus, ne sim-
plices & rudiores animos, purioris Christi do-
ctrinæ cupidos suis fucis, mendacijs, præstigijs &
imposturis à pio instituto porro auertant, abdu-
cant & deterreant, de gradu deiçiant, atque in-

A 9 suam

DEDICATORIA.

Suam naſsam inextricabilem irretiant ; aut in labyrinthum ſuorum Sophismatum irremediablem incautos inducant . Porro nihil omnino dubitamus , quin MAGISTRI NOSTRI , qua ſunt ſuperbia & uindicta cupiditate , a i- quod rurſum uirus ex communi ſcrinio ſuorum pectorum eius r i locu pletiſimo , in hanc modeſtam meam reſpoſionem , & qualemque Apo- logiam ſint reuomituri , atq; ita nobis & mate- riam & occaſionem præbituri contra in noſtriſ Diatribis diſputandi , de lamindi , atque etiam aperte , ut nunc facimus , uelitandi . Faxint ut in pſis lubet , nihil metuimus .

Nil desperamus Chriſto duce , & auſpice Chriſto :
Hic nobis rupes , hic eſt firmiſima porta .
Huius honos agitur . ſp̄ctatur gloria , regnum
Queritur , i pſius iuſtiſima cauſa ſouetur .
Quid dubitem e ne non ſim tanto uindice tutus e

Cūm autem uidiffem mi Paule , eō inſaniae &
impudetiae redactos noſtriſ Matæologos , ut eos
non puduerit impias ſuas neniaſ & mendacia
Illiſtrissimo Principi ac Domino noſtro Clemens-
ſiſimo Guilielmo , optimo patriæ noſtræ Patrō
obtrudere & affribere , eiuiq; aures nimis hic
patientes nihil formidarint uanis ſuis Sophiſma-
tibus implere & onerare : fui & ego anima-
bus , ut aliquo modo auderem haue meam qua-
lificacionem

DEDICATORIA.

Semcung; refutat oncm eidem nostro Principi
modestie offerre, & ipsius Clementiae, mibi uelut
aumini propitio, consecrare. Si uero dignatus
est, & potuit legere & ferre Optimus Princeps
ea, quibus illi plane athei idolomaniam, ad cer-
torum Diuorum simulachra confluxum miseræ
plebis, & peregrinationem, & corundem ge-
stationem & circumlationem impudentissime
defendunt, in contumeliam (ut uerisimile est)
Patris huius (pie memorie) Ductis Ioannis, O-
ptimi quoque & prudentissimi Principis, qui
ante multos annos hanc insanam stultitiam &
impiciatem piissime abrogauit: si potuit lege-
re & ea, quibus multò impudentius conantur
subuertere Cœnæ Dominicæ erogationem in po-
pulo sub utraque specie, iamdudum in ipsius Cle-
mentiae ditionibus concessam & approbatâ: spe-
ro ipsum benignissimis auribus percepturum &
hæc mea, quibus istæ & in Deum & in piissimos
Principes istorum hominum bl. sphæmiae & con-
tumelia abo'entur, & quasi spongia detergun-
tur. Tu porrò ut cœpisti, perge quæso dein-
ceps annotare diligenter, & ad me perscribere
impurissimi illius Iebusite concionatoris in Ec-
clesia Metropolitana nouas & prodigiosas bla-
sphemias, quas assiduis uociferationibus apud
imperitam plebeculam detonat, & ex impiissimo
pectore euomit. Spero aliquando futurum, ut
amplissimus & prudentissimus Senatus Coloz-

A 10 Rienzie

EPIST. DEDICAT.

nensis, omnesq; Ciues honestissimi intelligent
quibus ueneficijs & canticis, suæ mentis (ut
ita dicam) oculos perstringat hic præstigiator
nequíssimus. Vale in Christo Iesu: Atten de ti-
bi ipsi: Cave à fermento Scribarum & Phari-
sæorum Colonienſum. Ex nostro Gym-
nasio Theologico, Kalend. Maij,
Anno supra Millesimum
Quingentesimum
Sexagesimo
primo.

Tibi tuæq; familie
addictissimus

Henricus
Artopœus.

RESPONSIO

AD CARMINA CENSU-

re Coloniensium Theolo-
gastrorum, adiun-
cta per

Ioannem Breidbachium
discip.



Abida Romane coixerunt pabula
uulpes,
Pabula Cerberei liuida felle ca-
nis.
Conuiuasq; uocant, auido qui di-
rauenena

Ore uorent: tu, ne decipiare, uide.
Ne gustes, fueris si Religionis amator,
Quæ fluit e Sacris diuite fonte libris.
Vis tibi tartareis dapibus Lernæq; cruore
Romani monstrem pabula cocta lupi?
E putribus Latiae manarunt fontibus Hydræ:
Inuoluit nugis dogmata sancta suis.
Fulmina dira uomēs in eos, qui dogmata Christi
Iosthabito sese corde animoq; colunt.
Pro tali Duce Papicole modò digladiantur,
Eius iussa docent, bellaq; seu a mouent.
Sic terrent miserios, solitaq; Tyrannide regnāt,
Omniaq; arbitrio stantq; labantq; suo.

A II Cumq;

Cumq; Dei pugnant uerbo . sub cortice molli
Cerbereum latitat uirus, & anguis hians:
Ne te sanguiuomis decerpit rictibus, escam
Spernito : non illam pagina Sacra dedit.
Ipse Deus iussit se solum in uota uocari,
H̄i contrā la trant, Numinā multa coles.
Si nolis, claudunt cœlum tibi, tartara pandunt.
Quām nos immanis carnificina premit?
Si dicas, Sequar eterni præcepta Parentis,
Infrident, Latij iussa sequere patris.
Effusī Christus nos abluit amne cruxoris:
Scandere quo Superū tramite tecta datur.
Obgannit Latium, Sedem referare Tonantis
Papa ualeat, Meritum pandit ad astra uiam.
Cetera quid referam Latiae portenta culinæ?
E cerebro Papæ dira uenena fluunt.
Ne mentem dape Lernæa, sanieq; putrent
Inficias, Latij pabula sperne lupi.
Ambabusq; Dei uerbum complectitor ulnis.
Hoc lotis animis escas salubris erit.
Hoc Duce consendes Augusta palatia cœli:
Hic animum certa lege modoq; regat.
Hunc odere Ducem Romani Monstra Senatus,
Et sua præponunt falsa recepta Deo.
Hi tibi, Monbemi doctissime, mille pericla.
Retia mille struunt, ut capiare dolis:
Conuitijs lacerant, corrodunt dente canino,
Quod tradas summi iussa tremenda Dei:

Rome

Romaniq; lupi crudelia dogmata spernas,
Dogmata quæ argenti condidit atra fames.
Perfer, & obdura: despument horrida buccis
Sulphureis in te Monstra, Erebiq; Duces.
Christus in arce sedet supera, qui euerberat oes
Telorum nymbos, hoc Duce tutus eris.
Hic duce tutus eris, confundant Tartara Cœlo,
Terram undis, tali uindice tutus eris.
Huc grec Aonius properet, si forte retexi
Romane furie ni gra uenena uolet.
Huc ades, hic Christū frondescens imbibet etas:
Hic monstrat Papæ somnia uana liber.
Hic Labyrintheos errores indicat eius,
Anginos morsus, fulmineasq; faces.
Et quoq; ut è sacris Monbemius omnia riuis
Hauser' t, ut sacro dogmata melle fluant.
Et quam falsa uomant in eum mendacia Vulpes,
Hinc Antichristi subdola uerba patent.
Tartareos sucros, tetrumq; Colonia uirus
Obtulit, in falsa Religionē manens.
Hæc contra Liber hic tibi pharmaca certa para=
Que Papæ sanent uulnera facta manu. (uit,
Hic uiole, myrtusq; , roseq; , & lilia fragrant:
Eructat Papæ dira uenena sinus,
Cerbereasq; dapes, saniem, pus, uirus Aueruum:
Hic liber ætherei nectaris imbre madet,
Distillat mel sydereum, funduntur odores
Lacteoli, hoc uernans ridet Amomus agro.

Hausisse

Hausisti Papæ mendacia dogmata finte e
Euome, Lac auidus spirituale bibas.
Vah mammas istic offert tibi dira Megara,
Istinc ut fugas lac furiale licet.
Hic liber ad Christū tibi peruia compita pandit.
Hac iter esto tibi, papula spherne lupi.
Sollicitè Stygium Latiae fuge Tygridis astum,
Quæ se mentitur iussa tenere Dei.
Dogmata sancta Dei maneant, teneatetur & illa.
Quæ coluit Christi tempore uera fides.
Obruta quæ Latiae iacuere Tyranniai astu,
Tartareisq; diu mersa fuere dolis.
Nunc emerserunt accensa lampade Christi,
Quam Latius diro fulmine presbit Aper.
Non noua debuerant cœlestia dogmata dici,
Sed noua sunt illis, Christus ex ipse nouus.
Desine Papicolis nimium confidere uafris,
Christicolum potius castra sequare Ductis.

AD CENSVRAM
THEOLOGA-
STRORVM COLO-
niensium Responsio.

VULTA STATIM AB initio verba profundunt Censores Catechismi Monheimiani, & authoritate S. Patrum probare nituntur Sacram scripturam esse difficillimam atque obscurissimam: atq; hinc concludunt Christianorum vulgus ab ea arcendum, tanq; prophanum & mysterijs: & Sutorum, Opilionum, Vespilonum ingenia, ad tam sublimia capienda nō esse idonea: eosque porcos esse censem, ante quos margaritæ Euangelicæ nō sint projiciendæ. Quasi verò plebs pia & Christianæ Spiritum sanctum non habeat, qui est optimum principium ad scripturas percipiendas: cuius illustrationem dum' ardentibus precibus ambiūt isti coram mundo abieci, & seiplos in legendis scripturis exerceant, eos viideas in scripturis diuinis plura tenere, q; isti inflati Doctores assequi potuerint, aut alios docere. Verax est enim Christus, qui ait: Matth. iiij.
Gratias ago tibi Pater, Domine cœli & terræ, quod celaris hæc sapientes & prudentes,

B. &

AD CENSVRAM THEOLOGA-

& detexeris ea paruulis. Sanè pater, sic enim
fuit bona voluntas apud te. FATEMUR sanè
suam scripturis esse difficultatem, sed habet
eadem rursus, quoad pios & fideles animos,
suam quoq; claritatem, euidentiam, atq; per-
spicuitatem, vt non minus tenuia nutriat, il-
lustrat q; q; vel maxima exerceat ingenia. Si-
cūt multis locis docet eruditissimus atq; acu-
tissimus Theologorum Augustinus, scribens
Volusiano Epist. 3. Tanta est, inquit, Chri-
stianarū profunditas literarū, vt in eis quo-
tidie proficerem, si eas solas ab ineunte pue-
ritia ad decrepitam senectutem, maximo o-
tio, summo studio, meliore ingenio, conarer
addiscere. Non q; ad ea quæ necessaria sunt
saluti, tanta in eis perueniatur difficultate:
sed cūm quisque ibi fidem tenuerit, sine qua
piè recte q; non viuitur, tam multa, tamq;
multiplicibus mysteriorū umbraculis opaca,
intelligenda proficientibus restant, tantaq;
nō solum in verbis, quibus ista dicta sunt, ve-
rū etiam in rebus quæ intelligenda sunt, la-
tet altitudo sapientiæ, vt annosissimis, acu-
tissimis, flagrantissimis cupiditate discendi,
hoc contingat, quod eadem Scriptura quo-
dam loco habet: Cūm consummauerit ho-
mo, tunc iincipit. Vides Augustinum, tam-
etsi difficilem esse Scripturam haud obscorè
significet, & λελύθος pleraque tradere, ta-
men

STRORVM COLON. ACAD. 10

men ad ea quæ saluti nostræ sunt necessaria,
facilè in ea perueniri posse, innuere.

Quid quòd in eadem Epistola hic vir Dei
scripturæ stylum ita attemperatum esse do-
cet, ut doctis iuxta ac indoctis, sit saluber-
rima: Modus autem ipse docendi, inquit,
quo Sancta Scriptura contextitur, quæ om-
nibus accessibilis, quamvis paucissimis pe-
netrabilis, ea quæ aperta continet, quasi a-
amicus familiaris sine foco, ad cor loquitur
indoctorum atque doctorum. Ea verò quæ
in mysterijs occultat, nēc ipso eloquio su-
perbo erigit, quòd non audeat accedere
mens tardiuscula & inerudita, quasi pau-
per ad diuitem: Sed inuitat omnes humili-
sermone, quos non solum manifesta pascat,
sed etiam secreta exerceat veritate: hoc in
promptis quod in reconditis habens. Sed
ne aperta fastidirentur, eadem rursus o-
perta defyderantur, defyderata quodam-
modo renouantur, atque renouata suaui-
ter intimantur. His salubriter & praua
corriguntur, & parua nutriuntur, & ma-
gna oblectantur ingenia. Ille huic doctri-
næ inimicus est animus, qui vel errando eam
nescit esse saluberrimam, vel odit ægrotan-
do medicinam. Quid dulcius dici poterat,
quam Scripturam, tanq; amicum familia-
rem, ad cor loqui indoctorum iuxta ac do-

AD CENSVRAM THEOLOGA-

Etorum? Quid suauius, q̄ eandem, vt humiliem aliquem, & liberalem diuitem, tardiusculas & ineruditas animas, tanq̄ pauperes ad se inuitare: prava corrigerē, parua nutrire, magna oblectare ingenia? omnibus deniq; salutarem esse? Citant & ipsi Augustinum, de Genesi ad literam lib.5.cap.2. Tu autem cum Scriptura nō deferente infirmitatem tuam, & materno incessu tecum tardius ambulante, proficias. Quæ sic loquitur, vt altitudine superbos irrideat, profunditate attentos terreat, veritate magnos pascat, affabilitate paruos nutriat. Quid ergo à maternis incessibus, & nutricione tam piæ & affabilis matris infantes Iesu Christi auellunt? & non metuunt in eorum esse albo, quos hæc mater altitudine sua superbos irridet? Experientia ipsa edoc̄tus hæc scripsit Sandissimus Augustinus, qui olim huius matris du&tu è Manichæorum erroribus, quibus impediabatur, feliciter euasit, cùm quidem ad hanc matrem diuino oraculo adduceretur, quod auribus eius insonuit: Tolle, lege: tolle, lege, vt in suis Confessionibus ipse recenset. Nec dubium est hoc turbulentissimo tempore controversæ Religionis, multas pias mentes mirabili aporia angi, quibus haud temere salubrius cōsulueris, quam Augustino oraculum tunc consuluit. Profuit & Eunicho Reginæ

Can-

STROR VM COLON. RESP.

Candacis, Esaiæ Prophetæ, tametsi non intel-
lecti lectio, sicut in Actis habemus. Quare
lectio sacrarum literarum & credentibus &
non credentibus, indoctis iuxta ac doctis, he-
betibus æquè ac acutis utilissima est. Quid
q; Deus ipse, non modo Legem, sed & Pro-
phetas in populo suo vulgo haberi passus est,
& exteris tradi legendos. Christus quoque
suis mandat, ut scrutentur scripturas. Nun-
quid isti Deo prudentiores esse volunt? Sed
rogabimus Censores nostros, num excutien-
do sacerdos libros è manibus plebis, eam red-
dant magis idoneam ad diuinorum rerum
intelligentiam? Certè hac ratione stupidior
& alienior à Deo & salute sua indies euadit.

Ioan. 5.

Probant quoq; testimonio Petri, diffici-
lia quædam in Epistolis Pauli contineri, quæ
indocti ad suam perditionem depravent. Ve-
rūm Petrus habet d'vōrra, id est, quæ non
quibus suis pateant: quod scilicet caro & san-
guis ista non manifesta facit, sed eis, qui Spi-
ritu Dei aguntur, præit lux illa cœlestis, ut
omnia fiant ipsis perspicua. Nec debet bo-
nis esse fraudi, q; impij canes scripturis abu-
tuntur, cum hoc Augustini ætate faſitarint
teterimæ pietatis pestes, Manichæi, Arria-
ni, Donatistæ, Pelagiani & huiusmodi por-
tenta, quando nihilominus ille sacras literas
omnibus consuluit legendas, ut supra patuit.

2. Pet. x.

B 3. Et in

AD CENSVRAM THEOLOGA-

Et in Sermone , quem in capite Jeunij habuit, à fidelibus contendit, ut lectionem Sacrarum literarum iplis conuiuijs loco aleæ & tesserarum adhiberent. Estq; ratio admodum imbecilla, vt bona propter quorundam abusum auferantur. Alioqui & Eucharistiam ipsam oportuit sublatam, q; multi, vt Paulus attestatus est, illa in suam pernitiem abutantur. Et quid est tam sacrosanctum , quo humana impietas & nequitia non abutitur ?

Vbi de difficultate Scripturarum prolixè differuerunt Censores , ut ab ea vulgus prohibeant, multis verbis contendunt, non esse cuiusvis Sacras literas explanare. Quasi verò Monhemius munus interpretandi & enarrandi scripturas rudibus & imperitis hominibus delegari velit: cùm ei tale quiddam ne per somnium quidem in mentem venerit . Itaque iure retorquemus in eos Hieronymi verba : Sola scripturarum ars est , quam sibi omnes passim vendicant. Scribimus indocti, doctique poëmata passim, hanc garrula anus , hanc delirus senex , hanc Sophista verbosus, hanc vniuersi præsumunt. Iacerant, docent apteq; discant. Disci enim sacras literas vult Monhemius , & quidem accurate, deinde doceri : Non autem Beoticas sues, ut passim fit in regno Pontificio, ad tantum munus admoueri, Chrysostomi deside-

rio (quem Monhemius citauerat) abunde
satisfieri putant , si Epistolam & Euangelia
dominicalia , vt vocant , audiat populus , do-
miq; diligenter repeatat , altaq; mente re-
ponat , & ad conciones preparatus accedat .
Quasi verò huius viri aetate mos fuerit , ita
frustulatim interpretandi scripturas , qui po-
steā in regno Papæ obtinuit . Mirum ve-
rò , quòd præstigiatores isti ex Chrysostomi
verbis , quæ habet in Præfat. sua in Roma-
noseelicere se posse putarūt , vulgus à lectio-
ne Sacrae scripturæ prohibendum esse : cùm
Episcopus ille promiscuam multitudinem
ad lectionem Pauli adhortetur , planeq; di-
cat , si omni animi alacritate huic lectioni
incubant , nullo præterea Doctore opus fo-
re . Non enim inquit , nos quæcunque percipi-
mus , acumine intellectus penetramus . Nam
& hebetiores assiduo studio etiam cōsequun-
tur difficultia . Idem promiscuè omnes suos in
sacris Concionibus perpetuò ad lectionem
Sacrarum scripturarum extimulare solebat ,
tum alijs permultis rationibus , tum hoc præ-
claro simili : Qui naēti sunt , inquit , auri aut
argenti fodinas , nullis parcunt laboribus ,
humum effodiunt , terram subeunt , & te-
tram atq; pestilentem exhalationem perfe-
rūt , quòd possint ad paruas auri , argenti ue-
gas peruenire . Et nos cùm habeamus copio-

AD CENSVRAM THEOLOGA-
fissimum thesaurum & paratissimū scriptu-
tarum, in eos nos exercere, & aliquem labo-
rem suscipere detrectamus. Ceterū, quia
plēriq; curis cōeconomicis præpediti sunt, ut
toti huic rei vacare non possint, ideo ut Do-
ctores suos, qui se totos contemplationi scri-
pturę addixissent, attentissimè audiant, mo-
net. Adhac Mercatores & Seculares, ut vo-
cant, homines hac ratione à lectione Sacræ
scripturę arcendos esse volunt, quod Lingua-
rum cognitio in ipsis desideretur. Verum ar-
gumento hoc euincam, neminem ex toto illo
Theologorum Coloniensium numero, ad le-
gendas sacras literas admittendū esse. Pro-
ferte queso mihi vnum Theologū ex vestro
ordine, Hebraicæ lingue peritum, ab eo tem-
pore, quo primū vestra illa Academia fun-
data est, in hunc usque diem extitisse. Nec ce-
tiam quenquam in Græca lingua bene ver-
satum adferre potestis, præter M. Arnoldum
Vesaliensem Theologiæ Licentiatū demor-
tuum, & Magistrum nostrum Gerardū Mat-
thiū, cui tamen Aristoteles familiarior est,
q; Biblia sacra. Distichon quoq; illud Censu-
ræ præpositum, satis declarat ipsos à sacra fa-
cultate Theologica deputatos, planè Græcæ
literaturæ ignaros esse, cum ὅντος posuerūt
protoτος. Declinant enim Grammatici
pronomēn ὅντος hoc modo; Nominatiō
HTQ

STRORVM COLON. RESP.

ōtō, Genitio τούσου, Datiuo τούτων, Ac-
cūlatiuo τόπων, &c. Nec culpam in Typo-
graphum reijcere possunt, si enim τούτων le-
gas, versus sibi non constabit.

Citant & Aristotelem Magistri nostri, ea-
dem, qua Sacras literas & Patres, fide & di-
ligentia. Nam cùm Aristoteles iuuenes ani-
mi perturbationibus obnoxios, no tatis ido-
neos Ethices auscultatores esse tradat, isti iu-
uentuti arcana scripturæ mysteria minimè
concredehda existimant. At qui non tantum
ob animi perturbationes, iuuenem Aristoteles
in eptum moralis Philosophiæ ausculta-
torem esse docet, sed n. u. tò magis. q. ruditis
est ad eum vitæ, ex quibus hæc disciplina ef-
ficitur. Præterea nihil, inquit, interest, iuue-
nis sit ætate, an moribus iuueni similis. Non
enim desatio est ob tempus, sed quia viuit,
& persequitur singula cù perturbatione. ta-
libus enim inutilis fit ipsa cognitio, perinde
atq; incöntinentibus ipsis. Iis autem, qui suas
rationi subiiciunt cupiditates, cù ratione que-
agunt, magnam afferre potest utilitatem. Ha-
ecenus Aristoteles Interpretetur Argyropilo.

Non erunt ergo in puris istis cœlibibus Sa-
crificulis sacra mysteria committenda, quo-
rum multi ætate, longè vero maxima turba
moribus iuuenes sunt, & cupiditatibus incen-
si feruntur, vt à pietate & recta ratione de-

AD CENSVRAM THEOLOGA-

fle&ant. Rursus idonea erit cœleslis Philosophiæ auscultatrix pia & casta iuuentus, quæ reiectis Dei ope cupiditatibus, pietatem & rectam rationem duces sequitur. Non enim,

vt inquit Aristoteles, est defectio ob tempus. Et Paulus in singulari Dei beneficio ponit,

2. Tim. 3. q̄ Timotheus ab ipsa pueritia Sacris literis fuit imbutus. Porro ut cum Censoribus

**In præfa
tione in
Roman.** deputatis ad Chrysostomum reuertamur, aperte docet ille, ex scripturæ ignorantia innumera mala esse, ac nominatim recenset hæresēōn perniciem, dissolutam vitam, & inutiles labores. Theologastri verò, dum obstinationi suæ, inueteratis abusibus & superstitionibus consulunt, in vocem erumpit manifestè impiam, ne dicam sacrilegam: audenter enim dicunt, nullam vñquam tot retrò seculis repartam fuisse hærelim, quæ non ex scripturis occasionem acceperit. En,

**Contra
Cresco.
Gram. li.
4. ca. 38.** quid non audeat humana temeritas (verbis vtor Augustini) cùm in sententiam nefandi præcipitatur erroris. Nam si scriptura omnium, quotquot fuerunt hæresēōn fuit occasio, quid ea pernitosius dici potest? Ego verò, quicquid impudenter & audenter latrent isti canes, asseuerare non dubito, Deum pro sua bonitate hominibus assidue legentibus sacras literas largiri deniqz vt & intelligant & credant, & ad salutem pīc erudiantur.

Cæte-

STRORVM COLON. ACAD. 14

Cæterum in istis Psalmorum versculis :
Lex Domini immaculata , &c. contendunt
nullam Scripturarum mentionem fieri , sed
tantum Legis & mandatorum Dei. Verum
non possum satis mirari , quid nam Theolo-
gastri Scripturam appellant , si lex & manda-
data Dei Scriptura non est ? In Carmine
Breidbachij hunc versum præcipue notant :
Dogmata Christiadū sint vana explosa thea-
tro. Quem ita inuertunt : Dogmata omnia
Christiadum explodenda esse , solum Cate-
chismū Monhemij amplectendum esse. Non
dicit Breidbachius omnia dogmata , sed va-
na dogmata : & genitiuus Christiadum re-
ferendus est , non ad dogmata , sed ad thea-
tro. Hunc enim esse huius versus sensum , e-
tiam puer aliquis quintæ aut sextæ classis vi-
dere poterit : Vana dogmata sint explosa
theatro Christiadum. O cęci & indocti Cen-
sores , o calumniatores perfidiissimi ! Quæ in
primū caput Catechismi scriptitant , indigna
sunt responso , ubi nihil q̄ virulentiam suam
euomunt. Flagellant Monhemium , q̄ de au-
tore Epistolæ ad Hebreos ἐπέχει videatur .
cū vel ipsi ex Hieron. sciant , quanta inter
Veteres fuerit ἐποχή . Quin & ipsa Episto-
la à Latinis Ecclesijs ægrè recepta est , quam
gamen Monhemius inter Apostolicas
cum omnibus pijs catholicis
amplectitur ,

IN-

AD CENSVRAM THEOLOGA-

INITIO DIALOGI SECVN-
di contendunt Apostoli auctoritate, A-
damum nō fuisse seductum, sed mulierem
tantum. Verum Paulus eo loco iussit, mulie-
rem in Ecclesia tacere, quod esset instrumen-
tum expositum ad insidias. Id autem confir-
mavit exemplo primorum parentum. Quæ
enim virum ad peccandum impulerit, nō vi-
detur eum posse recte instituere: quæque à
Diabolo seduci; & à serpente decipi potue-
rit, eam non est equum in Ecclesia magisterij
gradum obtainere. Adamus autem seductus
est ipsius mulieris opera, quæ in hac parte Sa-
tanæ fuit organon, & magis peccauit q̄ Euā.
Si enim Adamus non consenseret, aut obiur-
gasset vxorem, nō peccasset. Nunc autem fi-
dem ille habuit Satanæ mendacio, discessit à
præcepto, quod ei Deus proposuerat, præci-
pitatus est in peccatum & in mortem. Hinc
Paulus Rom. 5. Adamum peccati auctorem
nominat. Quare & Deus illi exprobrat: Ec-
ce Adamus, quasi vnius ex nobis: Euā tacet.

Quod scripsérat Monhemius, omnia ope-
ra eorum qui renati Baptismo nō sunt, qua-
tumvis videantur spetiosa, inter peccata re-
censeri: Aduersarij dogma hoc esse censem-
durum, incommodum, παράδοξον, denique
erroneum, & in Tridentina synodo anathe-
mate percussum. Vindicanda verò nobis
est,

STROR VM COLON. RESP.

est, quæ tam hostiliter impeditur Veritas.

Habuit sancte terrena ciuitas excellentes quosdam ciues, præstantes animi magnitudine, prudentia, temperantia, iustitia: quorum opera moraliter seu ciuiliter bona fuisse concedendum est: que tamen, quoad infideles & prophanas eorum mentes, peccata semper fuerunt: quia neque ex fide & religione vera promanarunt, neque in rectum finem, Dei videlicet cultum atque gloriam directa fuerunt. Etsi autem hæc simulachra virtutum profuerunt ad rerum vniuersitatem conservandam, & in Republica terrena utilissima fuerunt, in qua & remunerationem acceperunt a iusto Deo, honores, imperium, gloriam: Vmbratiles tamen fuerunt, non veræ virtutes. Primum, quia non in Deum referebantur: deinde, quia turpisseruitute deformatae, ancillæ fuerunt: in alijs τῆς ἡδονῆς, in alijs τῆς πλεονεξίας, in alijs τῆς φιλοτιμίας. Quanq; autem minus turpis domina sit φιλοτιμία, q; vel ἡδονή, vel πλεονεξία, tamen & ipsa turpis est: cui seruire virtutes, & iniustum est, & sacrilegum. Itaque vel in laudatissimis hominibus evidens appareat naturæ prauitas atque contaminatio, quæ umbram virtutis in vitium commutat, & opera in speciem bona, propter adhærentem prauitatem conuertit in peccata.

Tradit

AD CENSVRAM THEOLOGA-

Tradit hæc passim Augustinus, tametsi non
ijsdem verbis, in eandem tamen sententiam:
potissimum lib. 5. de Ciuit. Dei, à cap. duo-
decimo per aliquot capita. Et contra Julian.
lib. 4. ca. 3. scribit omnes à Dei vnius religio-
ne alienos, vt cunque ob virtutis opinionem
admirabiles habeantur, non modo nulla re-
muneratione dignos, sed magis punitione: quod
pura Dei bona cordas sui pollutione contam-
nant, & contra quæ sequuntur. Qui locus tam ma-
nifestè pro Monhemio est, vt nisi frontem
perfricuissent aduersarij, eius in scripto suo
meminisse veriti fuisse. Sed istis sepe in ci-
tandis Patribus usuerit quod Capræ, quæ sua
voce indicabat cultrum, quo ingulanda erat.

Et libri de Ciuitate Dei unde uigesimi ca-
pite vigesimo quinto: Quamlibet enim vi-
deatur animus corpori, & ratio vitijs lauda-
biler imperare: si tñ Deo animus & ra-
tio ipsa non seruit, sicut sibi seruendum esse
ipse Deus præcipit: nullo modo corpori vi-
tijsque recte imperat. Nam qualis corporis
atque vitiorum potest esse mens domina, ve-
ri Dei nescia, nec eius imperio subiugata, sed
vitiolissimis dæmonibus corrumpentib. pro-
stituta? Proinde virtutes, quas sibi habere
videtur, per quas imperat corpori & vitijs
ad quodlibet adipiscendum, vel tenendum,
nisi ad Deum retulerit, etiam ipsa vitia sunt
potius

STRORVM COLON. ACAD. 16

potius quam virtutes. Nam licet à quibusdam tunc verē & honestē putentur esse virtutes, cùm ad seiphas referuntur: nec propter aliud expertuntur, etiam tunc inflatæ & superbæ sunt: & ideo non virtutes, sed via*tia* iudicanda sunt. Et quæ sequuntur,

Quid, quòd & alibi duabus aptissimis si-
militudinibus hanc sententiam illustrat? Ea
ipsa opera, inquit, quæ dicuntur **ante fidem**,
quamvis videantur hominibus laudabilia,
inania sunt. Ita mihi videntur esse, ut ma-
gnæ vires & cursus celerrimus præter viam.
Nemo ergo computet bona opora sua **ante fidem**: ubi fides non erat, bonum opus non
erat. Bonum enim opus intentio facit, inten-
tionem fides dirigit. Non valde attendas
quid homo faciat, sed quid cùm facit, aspi-
ciat, quò lacertos optimæ gubernationis di-
rigat. Fac enim hominem optimè guberna-
re nauem, & perdidisse quò tendit: quid va-
let, quia antennam optimè tenet, optimè mo-
uet, dat proram fluctibus, cauet ne latera in-
fligentur, tantis est viribus, ut detorqueat
nauem quo velit, atq; unde velit: & dicatur
ei: *ivsq; quo is?* & dicat: nescio, aut nō dicat
nescio, sed dicat: Ad illū portū eo. nec ducat
in portū, sed in faxa festinet, nōne is quanto
sibi videtur in naui gubernando agilior &
efficacior, tanto periculosi? eam sic gubernat

In Psal-
mm. 31.

AD CENSVRAM THEOLOGA-

vt ad naufragium properando perducat? Taliis est & qui optime currit præter viam. Non ergo erat, & tolerabilius, vt esset gubernator ille paulò inualidior, vt cum labore & aliqua difficultate gubernacula regeret, & tamen rectum debitumque cursum teneret: rursusq; ille pigriùs etiam & imbecilliùs, tamen viam ambularet, q; præter viam fortiter curreret. Optimus ergo is, qui & viam tenet, & bene ibi ambulat. Sequentis autem spei: qui etsi aliquantulum claudicat, nō omnino ut erret aut remaneat, sed progrediatur, etsi paulatim. Fortasse bene sperandum est, eum quo tendit etiam tardius peruenturum. Haec enus Augustinus. Vides, q; eundem ostendat, frustra se fatigare bene operando, quotquot à recto scopo aberrant. Qua-

De ciui- propter & alibi dicit: Quantumlibet autem tate Dei laudetur atque prædicetur virtus, quæ sine lib. 5. ca- vera pietate seruit hominum gloriæ, nequaq; pite 19. sanctorum exiguis iniicijs comparanda est, Libro 3. quorum spes polita est in gratia & misericordia veri Dei. Religio nostra, inquit idem, ad Boni faciū ca- iustos ab iniustis, non operum, sed ipsa fidei pite 5. lege discernit: sine qua, quæ videntur bona opera in peccata vertuntur. Validissimis Contra scripturę testimonijs hęc communis vir Dei: Julianū, Ii. 4. c. 3. Omne, quod non est ex fide, peccatum est. & alibi, Sine fide impossibile est placere Deo. Malaz arbos

STRORVM COLON. ACAD. 17

arbor non potest fructus bonos ferre. Si oculus tuus nequam sit, totum corpus tenebra sum erit. Omnes nascimur filij iræ. & sexcentis alijs.

Quid ad hęc aduersarij? Oblique suggilant Augustinum: Negant scripturas, quas adducit, multum ad hoc declarandum momenti habere, & tamen paucissimas attingunt. Sententiam Pauli: Quicquid non sit ex fide peccatum est, cū Iuliano patrono suo astringunt. Cūm sit generalis sententia, continentis pręclarissimam doctrinam: nimirum, Deum non morari spetiem, pompam, & externum fulgorem operum: sed intus expendere, an dimantent à vera obedientia. Quare cum Augustino respondemus & nostris Neoijulianis: Testimonium Apostoli, sicut vobis visum est accepistis, & exposuistis: non vt sapit, sed vt sapitis. Nam & Origenes sententiam hanc generalem esse putat: atq; ictus circa hæreticorum opera ait verti in peccata, q; illorum fides non vera sit, sed fucata & falsa: quemadmodum falsa quedam dicitur scientia. Et citat illud: Fiat oratio eius in peccatum. Quòd si hæreticorum opera vertuntur in peccata, cur nō & omnium impiorum, quibus omnia sunt contaminata, cūm polluta sit illorum mens & conscientia? Genios 4. Respxit Dominus ad Abelem, &

C. opera

Contra
Iulianū,
lib. 4, c. 31

AD CENSVRAM THEOLOGA-

opera eius. Non simpliciter narrat Moses,
placuisse Deo, quem illi cultum Abel exhibebat. sed exordium à persona facit: quo significat, nullam fore operibus gratiam coram Deo, nisi quorum auctor iam antè gratus sit ac probetur. Esai. 1. Ne offeratis sacrificium frustra: incensum abominatione est mihi, Calendas & solennitates odit anima mea, &c. Quid istuc sibi vult, quòd Dominus ita naufragat ad obsequium suæ legis? Imò verò nihil híc respuit, quod sit ex germana legis obseruatione: cuius initium esse ubique doeet, syncerum sui nominis timorem. illo sublato, non modò nugae sunt, quæcunque illi offeruntur, sed fœtidæ abominationæq; sordes. Vide & caput quinquagesimum octauum, Item Proverb, decimunquartum: Sacrificium impiorum abominatione. Ad Ephesios scribit Apostolus, eos, qui absque Christo sunt, filios esse iræ, id est, odiosos Deo. Et in Ioanne habetur: Qui non credit in Filium, non habebit vitam æternam, & ira Dei manet super eum. Proinde cùm odio nos habeat Deus, qui poterimus ei, vel grata vel amabilia opera facere? Atque nos malas arbores esse ante regenerationem, satis docet Apostolus ad Romanos, qui homines huiusmodi consert olearistris, Iccirco, cùm ex mala arbore non

pro

prodeant nisi mali & putres fructus, nihil certè merebuntur nisi pœnas & æternos ignes. Hebr. ii. Sine fide fieri non potest, ut quis Deo placeat. Hinc facile cernimus, malum dictū esse, quicquid cogitat, meditatur, perficit homo, anteq̄ Deo per fidem recōciliēt.

Quod ad illam sententiam, Sine fide impossibile est placere Deo, attinet: concedūt opera bona infidelium Deo gratū hominem non reddere. At quomodo ingratum erit bonum bono? Nōnne vitiosum esse necesse est, quod displicet Deo iusto & bono? Addūt rationem, quia destituatur charitate, quæ sit forma & oruamentū virtutum omnium? Sed quomodo bonū opus præstabit homo destitutus charitate? Non enim fructus est bonus (vtor verbis Augustini) qui de charitatis rā dice non surgit, An non iure optimo Monhe mius Censoribus suis, verbis Augustini respondeat? Piget dicere, q̄ multa vos sequantur insana, talia sentientes, talia scribentes, talia dicentes, in talibus me q̄ similiter non despiciam, velut censoriē reprehendentes.

Tandem se prodit Magistralis perspicacia, cùm cōcessionem imp̄ij canis Iuliani, declarationem & interpretationem putant esse veriborū Augustini, nec aliud dixisse August. in tam longa & acri disputatione, q̄ infideliū opera ad veram pietatem, aut ad salutem

De Sp̄itu
tu & lite-
ra, cap. 14.

Cōtra Iu-
lian. lib. 4,
cap. 3.

C 2. æter,

AD CENSVRAM THEOLOGA-

æternam nihil quicquam conferre , nec ad
eam perducere . Nauiget Anticyras Samij
Lucumonis acumen , Elleborumque bibat .
Non enim controuersia erat inter Augusti-
num & Julianum , excludi è regno cœlorum
opera infidelium . Fatebatur Julianus infi-
deles steriliter bonos esse , & virtutes eorum
exilitate premij , quod appetiuerint , frustra-
ri , sicut expressè testantur verba eius ab Au-
gustino adducta . Sed disputatio in hoc car-
dine voluitur : Vtrum virtutes infidelium sint
veræ virtutes , & opera eorum sine vlla labo
peccati bona . Hoc ait Julianus , negat Au-
gustinus . Quare tandem ita concludit : Om-
Ibidem,nia proinde cætera , quæ videntur inter ho-
mines aliquid habere laudis , videantur tibi
virtutes veræ , videantur opera bona , & sine
vlo facta peccato . Quod ad me pertinet ,
hoc scio : quia non ea facit voluntas bona ,
(voluntas quippe infidelis , atque impia non
est bona) dicantur secundum te huiusmodi
voluntates arbores bonæ : sufficit , quod apud
Deum steriles sunt , ac per hoc non bonæ .

At quiritantur , nisi in hunc sensum , hoc
est , Mathæologicam stupiditatem , admitta-
mus , necessum esse , ut Augustinum cum Au-
gustino committamus . Quasi verò impru-
denti hec exciderint , & non toties eadem in
scriptis suis inculcat . Ablegant lectorem ad
locu

STRORVM COLON. ACAD. 19

Ioca aliquot Augustini, quæ si quis inspiciat, comperiet Centores mulgere hircum, & le-
torem ut cribrum supponat, hortari. Fue-
rit donum Dei, mereatur suam laudem, quæ-
cunq; in illustribus Ethnicorum viris appa-
ravit rectitudinis & honestatis species: num
eò minus peccarunt, qui hæc in alium finem,
q; authorem Deum retulerunt?

Quin ne ignoremus eos aperte Julianis-
sare, eitant & ipsi locum Pauli Rom.2. Sed Ibidem
respondebit Monhemius cum August. Gen-
tes, legem non habentes, ipsi sibi sunt lex, qui
habent opus legis scriptum in cordibus suis:
Quid vos adiuuent omnino non video. Si-
bipli sunt lex, inquit, ostendunt opus & vim
legis scriptam in cordibus suis. ideo ignoran-
tiam prætexere non possunt. Quid hoc ad
persoluendum præsens ζήτησε? Nisi forte,
quia Patriarcha eorum Julianus Augustino
locum in eadem controversia obiecit, ipsi
eundem Monhemio obijciendum putarunt.

Instant postremo, apud alios Veteres vix
vnquam aliud inueniri. Quali Patres reli-
qui ab Augustino dissentiant. Ego vero af-
firmare non dubito, tam Veteres q; Recen-
tiores sanctissimo viro Dei astipulari, præter
argutulum illum Scotum cū obicuris aliquot
Sophistis, qui operibus non renatorum ali-
quid obedientiæ erga Deum, & quandam ad

AD CENSVRAM THEOLOGA-

gratiam, præparationem, meritumque con-
grui attribuerunt. Quorum impudentiae
Matæologi nostri, quam Catholicae veri-
tati accedere maluerunt.

Definit autem delitiæ nostræ Scotus obe-
dientiam Legis, Facere id opere tantum,
quod Lex indicit, etiamsi desit intentio,
quam Lex requirit, hoc est, etiamsi non fiat
vero studio Dei. O tenebras planè Scotti-
cas! Non vident talpæ grauissimum pecca-
tum esse, & ingentem iram mereri negle-
ctionem Dei, etiamsi in sanctissimo homine
deprehendatur, siue Xenocrates ille sit, siue
Pomponius Atticus, siue Marcus Cicero, siue
quicunque eorum, qui extra Christum opi-
nione hominum, laudem iustitiae & bonita-
tis meruerunt.

Thomas.
secundæ
quest. 109.
art. 2, 3, 4.
& 6.
quest. 114.
artic. 1.
quest. 112.
partie, 3.

Quantò sanius Thomas, &
omnes grauiores Scholastici obedientiam le-
gis ibi esse negant, vbi verum Dei studium
non sit, & eorum, qui Christo insiti nō sunt,
opera, neque præparatoria, neque meritoria
esse vlo modo, iudicant. Imò & eos, qui sunt
Christo insiti, docent sine peculiari ac præci-
puo Dei auxilio, nec inchoare, nec promo-
uere, nec perficere aliquid boni posse. Gre-
gorij verba referuntur .3. Quæst. 7. quibus
tradit, opera non reconciliari personæ gra-
tiam apud Deum: Sed econuerso, tum pla-
cere demum opera, vbi persona gratiam
prius

prius in Dei conspectu inuenierit.

Quod magis execrandi sunt Scotistæ depu-
tati, qui vexare Monhemium audent, piæ &
Catholicæ sentientem, Nos ex nobis ipsis ad
bene agendum minimè esse idoneos, solum
Deum bonum opus inchoare in nobis, solum
perficere. Quid potuit dici simplicius &
Christianius? Et tamen oculati nostri Cen-
sores, vafrities, amphilogias, hæreses denique
innocentissimo viro obiciunt. At ubi queso
ambiguitas? in verbis' ne? at plana & diser-
ta sunt. In sensu? at nihil apertius. Quis hinc
non animaduertit, virulentissimos rabilas
rixandi materiam anxiè circumspexisse, ut
de libero arbitrio litigarent,

Scimus Deum Optimum Maximum ho-
mini, ut voluntate, non necessitate bonus
esset, voluntatem liberam dedisse. Qua ta-
men ille malè usus, & se & illam perdidit. I-
ta, ut ne cogitare quidem aliquid, nedum a-
gere, Dei gratia destitutus, secundum Deum
ulla ratione possit. Manet tamen in ho-
mione post lapsum illum Adæ, arbitrium,
iudicium, electio: atque haec facultates,
ceterus quidam liberae sunt, ceterus non
coactæ in potestate nostra remaneant.
A Deo tamen atque eius iustitia auersæ,
contortæ, depravatae, atque peruersæ
sunt, ita ut miserrima peccati & Sathanæ

Aug. Epis-
tola 46.
ad Valen-
tin. & ali-
bi sape;

AD CENSVRAM THEOLOGA-
mancipia simus , donec per filium Dei resti-
tuamur. A quo enim quis deuidus est, huic &
& Cor.3. seruus addidus est. Et : Qui facit peccatum,
seruus est peccati. Item : Si Filius vos libe-
rauerit , tunc verè liberi eritis.

Aug.1.Re tract. Quare tametsi arbitrium hominis liberū, hoc est, non coactum est, tamen ut ad reæ faciendum sit liberum , gratia Dei liberetur necesse est. Verissime Augustinus : Quid sum ego mihi sine te , nisi dux in præcepis? Humilis est & Catholica omnium Piorum confessio : Quis igitur & qualis ego ? Quid non mali ego, aut facta mea : aut si nō facta, dicta mea : aut si nō dicta, voluntas mea fuit? Nam , vt Augustinus alibi docet , Liberum arbitrium amissum proprio vitio , nisi à quo dari potuit , reddi non potest.

Aug. Epistola 3. ad Volusian. Quid autem superbæ animulæ, que(vt ille ait) nimis affectant plurimum posse, & ad sua vitia sananda , vel etiam resrenanda nihil possunt? Adducunt magno supercilio locum Gen.4. Quare iratus es ? & cur concidit vultus tuus? nonne si bene egeris, recipies ? sin autem male , statim in foribus peccatum tuum aderit. Sed sub te erit appetitus eius, & tu dominaberis illius : atq; hinc rationem & arbitrij libertatem, Philosophicè magis q; Christianè, concupiscentiæ & peccati dominam constituunt. Sed quid si verior sit illa

Chry-

STRORVM COLON. ACAD. 21

Chrysostomi, cuius meminerunt, interpretatione? Dolebat Caino sacrificium suum, non ita gratum & iucundum fuisse Domino, ut fratis fuerat, & preferri sibi fratrem, adeoque imminutionem sui, ut ipse quidem existimabat, grauiter ferebat, ut vindictam & multam intenderet. Reprehendit hanc eius iniustum excandescientiam Dominus, in hanc sententiam: Quod cum hoc odio Cain, quod aduersus innoxium fratrem animo concepisti, præcellere te posse speras apud Deum, amentia est. Cum is iustitia duntaxat, reitudinis atque bonitatis rationem habeat, quibus rebus præclaris te antecellit frater. Deinde, non est quod putas te imminui, & iustum doloris tui causam habere, cum tibi ius primogeniturae, & dominiū in fratrem saluum maneat. Quare iniquam hanc amarulentiam depone, & piissimum atque obsequentiissimum tibi fratrem bencvolentia fraterna completere. Quis non videt hanc istius loci explanationem, contextui longè melius conuenire, quam illam, quam aduersarij adferunt? Sed quia variant hoc loco interpretes, tam veteres quam recentiores, tanquam obscurum in medium relinquemus.

Citant & locum Deuteronomio, 30. Testes in uoco hodie cœlum & terram, quod proposuit vobis vitam & bonum, benedictionem

AD CENSVRAM THEOLOGA-

& maledictionem. Elige ergo vitam , vt &
tu viuas , & semen tuum . Ex hoc loco sic
inferunt : Si eligere iubemur , est igitur li-
bera in nobis voluntas . Non hoc negamus ,
obone , esse in nobis electionem , eamque
liberam , id est , non coactam , non enim , vt
pecudes , impetu ferimur , vel externa vi im-
pellimus ut lapides , vel boardarum glo-
bi . Sed à Deo , eiusque iustitia auersam
dicimus atque peruersam voluntatem no-
stram , donec spiritu Dei restituatur . Præ-
clare Augustinus , De Spiritu & litera , capi-
te tertio : Neque liberum arbitrium quic-
quam nisi ad peccandum valet , si lateat ve-
ritatis via : Et quum id quod agendum &
quo nitendum est , cœperit non latere , nisi
etiam delectet & ametur , non agitur , non
suscipitur , non bene viuitur : vt autem di-
ligatur , charitas Dei diffunditur in cordi-
bus nostris : non per arbitrium liberum ,
quod surgit ex nobis , sed per Spiritum san-
ctum , qui datus est nobis . Item capite tri-
gesimo : Liberum ergo arbitrium euacua-
mus per gratiam ? Ablit . Sed magis liberum
arbitrium statuimus . Sicut enim lex per fi-
dem , sic liberum arbitrium per gratiam , non
euacuatur , sed statuitur . Neque enim lex im-
pletur , nisi libero arbitrio : Sed per legem
cognitio peccati , per fidem impetratio gra-
tiae

STRORVM COLON. ACAD. 22

tiæ contra peccatum : per gratiam sanatio
animæ à vitio peccati : per animæ sanitatem
libertas arbitrij : per liberum arbitrium iu-
stitiæ dilectio : per iustitiae dilectionem , le-
gis operatio. Ac per hoc sicut lex non eua-
cuatur , sed statuitur per fidem : quia fides im-
petrat gratiam , qua lex impleatur . Ita li-
berum arbitrium non euacuatur per gra-
tiam , sed statuitur. Quia gratia sanat vo-
luntatem , qua iustitia liberè diligatur . Et
quæ sequuntur præclara,

Hæc etiam ad reliqua Scripturæ lo-
ca , quæ pro libero suo arbitrio pro-
ponunt , responsa velim ,

Hier. 18. legitur , Quum dixisset populus ;
Post cogitationes nostras ibimus , Hierony-
mus exponit : Vbi est ergo absque gratia
Dei liberi arbitrij potestas , & propriæ iu-
dicium voluntatis ? cum grandis sit offensa
Dei , sequi cogitationes suas , & praui cor-
dis facere voluntatem .

Ridiculum verò , quod verba Christi ,
(Matthæi . 23.) in patrocinium causæ suæ ad-
ferre voluerunt : Quoties volui filios tuos
congregare , quemadmodum gallina congre-
gat pullos suos sub alas , & noluiti . Atq; hoc
loco , vt plusquam asinoram hebetudinem
agnoscas , efferunt se : Ecce , inquiunt , quan-
ta sit hominis libertas , vt Deo volente ,
possit

AD CENSVRAM THEOLOGA-

Epist. 89
ad Hila-
rium.

Aug. de
corrept.
& gra-
tia, ca. 13.

De Nat,
& Gra-
tia tótra
Pelagia,
cap. 53.

possit non velle. O præclaram libertatem, de qua scitè Augustinus : Libertas sine gratia, non est libertas, sed contumacia. O liberum arbitrium: liberum, sed non liberatum: liberum iustitiae, seruum peccati. Idem Augustinus dicit : Da quod iubes, & iube quod velis. Quærunt, quis sit usus Concionum, libellorum, edictorum, adhortationum, disputationum, & id genus mediorum, si mutatio viræ in hominis facultate non sit posita. Si scire auent, cōsulant Augustini libellum, cui titulus est De correptione & gratia. Etenim piget tam putida lōgiūs proséqui. Quare Neopelagianos istos grauissima Augustini voce compello : Quid tantum de naturæ possibilitate præsumitur? vulnerata, vexata, fauciata, perdita est : vera confessione, non falsa defensione opus habet. Gratia ergo Dei, non qua instituatur, sed restituatur queratur. Si cui videor hęc tractasse verbosius æquo, consyderet de re graui nos litigare. Naturæ humanæ perueritatem, immundiciem, depravationem, quæ etiam in præstantiss. hominibus appetet, donec Christi gratia resormentur, declaramus. Quæ res in Ecclesia Dei saluberrima est. Semper enim φιλαυτοὶ existunt & superbi, qui ciuitati iustitia exaturati & inflati, gratiam Christi contemptim habent.

AD QVAESTIONEM IL-
lam Patris: Peccatum originis num
remaneat in renatis? respondet in Ca-
techismo Monhemij Filius: Quandiu cor-
poris huius carcere circundamur, reliquias
carnis nostræ circumferimus, non ut domi-
nentur, sed ut nos nostræ infirmitatis con-
scientia demissi ac humiles reddamur. Dein-
de ad petendam à Domino virtutem resi-
stendi peccatis solicitemur: simulque perpe-
tuæ culpæ nos reos esse, in memoriam nobis
redigatur, ne animos efferre audeamus. Po-
stremò, nobis instar freni sunt, quo in Dei
timore retineamur. Piè & Christianè Mon-
hemius, scripturisque consentaneè.

Quid aduersarij? Initio quidem & Luthe-
ri & Buceri dogmate inuidiosè præfantur.
Deinde: Catholica verò Christifidelium Ec-
clesia, inquiunt, secus hactenus docuit, nem-
pe regenerationis Sacramento omnia pror-
sus, quæ peccati rationem propriam subire
possunt, penitus deleri, nullumque manere
peccatum: Cōcupiscentiam tamen relictam
esse, non ut peccatum sit, nec ut nos reos esse
damnationis perpetuæ in memoriam redu-
cat: sed quod stimulum nobis addat, & nos a-
lioqui torpore tabentes, ad recte operandū
excitet, &c.

Videat

AD CENSVRAM THEOLOGA-

Videat æquus lector, quale sit, quòd aiunt

In Ioan. hunc languorem obluctantem, ut Augusti-
tract. 41 nus ait, saluti nostræ, hanc infirmitatem, suc-

Ad Bo-
nifaciū,
lib. i, c. 8.
cumbentem, ut idem ait, legi Dei. Hoc tan-
tum malum, quod nisi condonaretur, occide-
ret, stimulum faciunt ad bene operandum.

Mihi perinde esse videtur, ac si quis Poda-
gram stimulum esse diceret ad incitandum
cursum, aut Chiragram ad aliquid apprehe-
dendum. Sed non immoror minutis, ad
cardinem disputationis me verto.

Fatemur sane & nos pleno ore, omnia pror-
sus peccata, siue Originalia, siue (ut vocant)
Actualia, Baptismi gratia deleri, obliterari,
induci: ita ut nos iudicio Dei, reatu suo ob-
stringere amplius non possint. Et si aduer-
sarij concupiscentiam, quæ remanet in renati-
tis, eo sensu peccatum esse negarent, quòd
eos nouo reatu non obstringit, nequaquam
ab ipsis dissentiremus. Nunc verò, quia
Concupiscentiæ morbo naturam peccati
prosuls detrahunt, à Scriptura & Ortho-
doxis Patribus dissentient, & immeren-
tem Monhemium Sycophantiæ calumnian-
tur, nobis reclamandum est, atque demon-
strandum, Concupiscentiam, tametsi renati-
os obligatione & reatu suo non amplius
obstringat, naturam tamen & vim peccati
in eisdem obtinere, & idcirco mortificatio-
ne mi-

Paulus Roman. 7. Peccatum, inquit, non cognoui, nisi per legem. Et quod illud peccatum sit, declarat: Nam & concupiscentiam, inquit, non nouissem, nisi Lex dixisset, Non concupisces. Vides hic manifeste, concupiscentiam esse peccatum, ad quod agnoscendum ratio humana stupida sit & cæca, donec lege Dei detegatur atque ostendatur. Huicque postea actionem tribuit, peccati propriam, quæ est, Rebellare legi Dei. Non ergo à concupiscentia, peccati naturam remouere possumus.

Obganniunt Theologastri: Paulus, inquit, voce peccati abutitur, & eodem cap. ad diuersas significationes transfert, peccatum impropriè cōcupiscentiam appellans. Quemadmodum satis indicat sententia illa: Ut fiat supra modum peccans peccatum. Id quippe, quod propriè peccatum est, quomodo peccat? Non enim confuevit de Abstracto nomine dici Concretum, nisi in aliā significationem translata: non enim dicimus, albedinem esse albam, vel quietem quiescere, aut aliud huiusmodi. Quomodo igitur peccatum peccabit, nisi impropriè peccati voculam accipias? &c. Haec enus aduersarij. Nam de Augustino postea videbitur.

Atten-

AD CENSVRAM THEOLOGA-

Attende Lector, nihil enim aptius ad ipsorum amentiam confutandam adduci poterat, hoc ipso loco Pauli. Apostolus enim, ut concupiscentiæ naturam omnium oculis exponebat, ipsam per Protopopeian inducit, tanq; hostilem aliquam personam, incredibili odio Legis ardenter, & hostilia contra eam machinantem, quo scunq; possit obedieutiæ legis subtrahere, decipere, occidere, velle conspicere, velle excellenter vires suas exerere, iniusta, profana, prava placita, cōstitutionibus iustæ, sanctæ & bonæ legis cōtraria præscribere, obtrudere, inculcare. Quid euidentius ad demonstrandam peccati naturam dici poterat? An nondum etiam vim peccati in concupiscentia agnoscit Censoreum acumen? an impropriam peccati voculam h̄ic à Paulo usurpari contendent? Et ne putent h̄ec intelligi debere duntaxat de concupiscentia, quæ est in non renatis, Catholiceum omnium piorum sub peccati onere laborantium gematum, ingenti voce exprimit: Miser ego homo, quis me eripiet de hoc corpore morti obnoxio? Et subiungit consolationem: Gratias ago Deo per Iesum Christum Dominum nostrum. Restat, ut declaremus orthodoxos Patres vnanimi consensu in concupiscentia etiam renatorum peccati naturam agnoscere, adeo ut iram Dei & æternam mortem sua

sua natura mereatur, nisi in Christo condonaretur.  Augustinus contra Julianū, libro. 2. Lex itaque peccati, repugnans legi mentis, quæ in tanti quoque Apostoli membris erat, remittitur in Baptismate, non finitur. Citat in eo libro multa testimonia Patrum Augustinus, & adduxit Ambrosium ita loquentem: Multa operatur in nobis peccatum: Nobis reluctantibus rediuiuæ plerunque voluptates resurgunt. Agnoscit igitur hic vir Dei peccatum in renatis, idque multa prava operari deplorat. Augustinus in Ioan. Tract. 41. Non ait, non sit, sed non regnet. Quamdiu viuis, peccatum necessè est esse in membris tuis. Saltem illi regnum auferatur, Non fiat quod iubet. Surgit ira, noli dare iræ linguam ad maledicendū, noli dare ire manum aut pedem ad ferendum: Non surgeret ira ista irrationalis, nisi peccatum esset in membris. Item contra Julianum, lib. 6. cap. 11. Igitur ego ipse mente seruio legi Dei, carne aut legi peccati. Verba sunt iam sub gratia constituti, sed adhuc contra cōcupiscentiam suam dīmiantis: nec ei consentientis ut peccet, sed tamen, quibus renitur, peccati desideria patientis.

Sed vrgemus propriū aduersarios, & ea testimonia Patrum proferamus, quæ clare ostendunt has peccati reliquias, quæ supersunt

D. in san-

AD CENSVRAM THEOLOGA-

in Sanctis. Et sua natura peccata esse, & i-
ram Dei mereri, nisi condonentur. Hiero-
nymus in capite septimo Matthæi distinguit
 $\pi\alpha\deltaος \kappa\omega\lambda\pi\alpha\theta\epsilon\alpha\pi$: $\pi\alpha\deltaος$ ait esse primos
motus, postquam iam ad eos voluntatis con-
fensus accelerit: $\pi\alpha\theta\epsilon\alpha\pi$ vero, quando
mouent & incitant ab initio. Atque addit,
Quamvis habeant culpam, tamen non tene-
ri crimine. Vides Hieronymum primis i-
stis motibus culpam tribuere, quamvis non
teneantur crimine: Quia scilicet, reatus
Christi gratia evacuatus est. Quapropter
Augustinus contra Julianum lib. 6. capit. 6.
Tale porro ac tam magnum malum (loqui-
tur de concupiscentia quæ manet post Bap-
tismum) tantum quia inest, quod non teneret
in morte, & pertineret in ultimam mor-
tem: Nisi & eius vinculum in illa, quæ fit in
Baptismo, remissione peccatorum omnium
solueretur. Quid aptius dici potuit? An
nondū sentit meus iste stupor Orthodoxos
Patres peccati vim atque naturam in con-
cupiscentia etiam renatorum agnoscere?

Expediant nobis aduersarij quare Infan-
tes baptizati, Et morbo corporis & morti
sint obnoxij? Certè stipendiū peccati mors,
quæ vbi regnat, ibi peccatum esse necesse est.
Iam quantum ad originale peccatum attri-
nit, baptismi gratia deletum atque evaca-
tum est,

xum est, quantum ad actualia sunt innocen-
tissimi. An igitur iniustus Deus, qui affligit
innocentes? Quid h̄ic dicemus nisi consopi-
tam in ijs latere cōcupiscentiam, hoc est, ma-
trem omnium peccatorū, cuius reliqua pec-
cata sunt fœtus. Vt Augustinus docet ex Ia
cobo. Profectō deploranda est aduersario-
rum cæcitas, qui huic pestilentissimę matri,
quæ perniciem miseris mortalibus & conci-
pit, & parit, naturam & vim veneni inesse
non animaduertunt.

Hic manum nobis iniiciunt & dicunt nos
derogare gratię Christi: Si plura nobis, aut,
Christus cotulit, quād Adamus desperdidit
& abstulit, vt Apostolus testis est, Cur non
quæso hanc etiam perfectionem nobis adie-
cit, vt quicquid in natura relictū erat vitij
atque peccati, sua passione penitus abo-
leret. Reconciliationem à Christo perfec-
ta factam nos largè docemus. Sed quo ruitis
cæci? Si nullum in renatis languorem, nul-
lam insirmitatem, nullum vitium agnoscitis.
iam cum scriptura, cum Orthodoxis Patri-
bus cum ipsa denique experientia purgatis,
Vnde h̄ec, quæ etiam in renatis apparet na-
turæ deprauatio? Quid sibi volunt hæ Apo-
stolicæ Pareneseſ: Ne regnet peccatum in
mortali vestro corpore, vt obediatis ei
per cupiditates eius. Mortificate membra

Contra
Iulianum
lib.6, ca.6

AD CENSVRAM THEOLOGA-

vestra , quæ sunt super terram. Spiritu am-
bulate , & desyderia carnis non perficietis.
& huinsmodi sexcentæ. Si nullus languor

Contra est , inquit Augustinus , Non ergo aduersus
Julianum, eum Spiritus concupiscit. Ad hoc enim con-
cupiscit , vt si non potest non certandi , fal-
tem non consentiendi obtineat sanitatem.

Item in Ioan. Tract. 41. Nunquid quia de-
leta est tota iniqutæ , nulla remansit infir-
mitas? Si non remansisset , sine peccato hic
viueremus. Quis autem audeat hoc dicere ,
nisi superbus? nisi misericordia liberatoris
indignus? nisi qui seipsum vult decipere , &
in quo veritas non est?

Instant aduersarij : Mirum profectò , vt
qui tantopere Christi prædicatis meritum ,
qui tantam eius gratiam , vt equum est , ad
cœlum euchitis , non tamen animaduertitis ,
vos nimis abiecte , ne dicam impiè , de eadem
sentire. Si sanè non potuit ex impuris & for-
didis pueros reddere & nitor i restituere , pa-
rum admodum valuisse dicendus erit. Hæc
illi. Nos vero per Dei gratiam de merito
Christi & gratia Dei , neq; abiecte neq; im-
piè , sed augustè & sentimus & loquimur :
Nec medici sanitati restituentis peritiam e-
leuat , qui de morbi grauitate differit , sed po-
tius eam commendat atque prædicat : quan-
to enim pernicioſor est languor , tanto ex-
cellen-

cellentior in eo apparet ars atque industria medici. Dicimus ergo cum Augustino : Lex peccati, qua caro concupiscit aduersus spiritum, etiam Baptizatis sanctis ingerit pugnandi necessitatem contra malum, non substantiam, sed substantiae vitium : Dei gratia nos regenerante, non imputandum : Dei gratia iuuante, frenandum : Dei gratia remunente, sanandum.

Vrgent aduersarij : Ceterum, ut diuina Scriptura nos doceat, audiamus Apostolum disertè tonantem in hæc verba : Per vnius obedientiam iusti constituti sunt multi. Si iusti, ergo iustitia iusti, qua animi instruuntur & ornantur : qualitas enim, quæ in re ipsa inest, nomen ei tribuit, si Aristoteli, secundo Topicorum, & reliquis Philosophis, & Theologis fides adhibenda est. Miseri Matæologi, de Iustitia Christiana loquuntur philosophicos, & citant Aristotelis Topica, ut video eos vicitare lolio, tam vili scilicet tritico. Sed breuiter respondemus verbis Augustini ad Macedoniam: Credentes iusti sunt propter participationem gratiae : peccatores autem, propter vitia infirmitatis. Quantum igitur ex fide iustificatus sumus iusti sumus : In quantum autem reliquias ex Adamo trahimus, sine peccato non sumus. Objiciunt & locum Pauli, Timoth. 3. Chri-

D 3. sus

AD CENSVRAM THEOLOGA-
tus saluos nos fecit per Iauacrum regenera-
tionis, & c. Atque ex eo inferunt: Si reno-
uati sumus & iustificati per Spiritus sancti,
qui in nos effusus est gratiam, est igitur vere
in fidelibus gratia Spiritus sancti, nec vnum
in renatis remansit peccatum, dum pecca-
tum & gratia plane expagaent. Sic illi.

Vere repugnat gratia peccato, atque hinc
illa lucta carnis & Spiritus, de qua toties
iam dictum est: Quæ si non esset, peccato-
res non essemus, ut supra ex Augustino de-
monstratum est.

Aferunt & locum Ezechielis, capitulis tri-
gesimi sexti: Effundam super vos aquam mun-
dam, & mundabimini ab omnibus inquinati-
mentis vestris. Si mundandi sint fideles, in-
quiunt, quomodo peccatorum sordibus cen-
sebuntur inquinati? Pugnantia enim hæc
sunt, Purgari & Sordibus conspurcatos es-
se. Quid autem aliud sunt sordes, nisi pec-
cata? Respondebimus aduersarijs nostris
appositissime verbis Sancti Bernhardi, In
Sermone de Cœna Domini, In casu primi
Parentis, inquit, cæcidimus omnes. Cæci-
dimus autem super aceruum lapidum, & hæ-
remus in luto: vnde non solùm inquinati,
sed etiam vulnerati & grauiter quassati su-
mus. Lauari siquidem citò possumus. Ad fa-
ctandum vero opus est curatione multa. Cui

fucci-

succinit Augustinus, libro secundo contra Julianum. Sanat vitiatum, inquit, à reatu statim, ab infirmitate paulatim. Item de moribus Catholicæ Ecclesiæ, capite trigesimo quinto: Et illo Sacrosancto Iauacro inchoatur renouatio noui hominis, ut perficiatur proficiendo, in alijs citius, in alijs tardius: à multis tamen proceditur in nouam vitam, si quisquam non inimicè, sed diligenter intendat. Quid apertius proferri potest? Cum hæc ita se habeant, Obsequamur saluberrimo Augustini concilio, In Ioannem Tractatu quadragesimo primo: Precemur Medicum fauclij: Portemur in stabulum curandi.

Quia Augustini authoritate vehementer vrgeri se quantumuis stupidi sentiunt, & ipsi ut Augustinum Augustino opponant, protrahunt nonnulla ex libris eius testimonia, quibus peccati vocabulū concupiscentiæ negatur. Sciant autem Lectores, hunc Scriptorem πολυχαφοτατον non semper eodem modo loqui. S. pē ad vitandas Pe'lagianorum captiones, qui dicebant secundum eius doctrinam radi duntaxat in Baptismo peccata, non dererī, vulgariter loquitur, & peccati vocabulum concupiscentiæ non attribuit, intelligit autem tunc peccati vocabulo more vulgi peccatum perfectū seu con-

D 4. summa-

AD CENSVRAM THEOLOGA-

summatum, quod actuale vocant. Sicut manifestè declarant ea loca, quæ citant aduersarij lib. i. contra Epistolas Pelagionorum, capite .ii. Hæc concupiscentia, inquit, etiam si vocatur peccatum, non utiq; quia peccatum est, sed quia peccato factum est, sic vocatur. Sicut scriptura manus cuiusque dicitur, quòd manus eam fecerit. Vides peccati vocabulum à concupiscentia remoueri. Sed rursus mihi considera, in qua significatione peccati vocabulum tunc acceperit, Subdit: Peccata autem sunt, quæ secundum concupiscentiam vel ignorantiam illicitè fiunt, dicuntur, cogitantur. Vides manifestè cum peccatum duntaxat perfectū seu consummatum à concupiscentia remouere. Si hoc sensu aduersarij negent concupiscentiam esse peccatum perfectum, hoc est, cogitatum, dictū, factum vel omissum à sciente & prudente contra legem Dei suscepimus, nos eis minime reclamabimus. Nequaquam enim in renatis est peccarum regnans seu perfectum, cùm illi desideria peccati minime perficiant, sed eis repugnant, atque ea ratione non peccent, vt Ioannes inquit, Qui natus est ex Deo, non peccat. Sed cùm priorsus peccati maturam à concupiscentia remouent, reclamat eis Paulus, reclamat Ambrosius, reclamat Hieronymus, reclamat Augustinus, reclamant deniq;

STRORVM COLON. ACAD. 29

denique quotquot in Ecclesia Dei re&c sentiunt. Quàm ingenuè Augustinus peccati vocabulum, vim, atq; naturam, concupiscentiæ tribuat, suprà ostensum est: sed ut os obstruatur aduersarijs, adhuc vnum aut alterum euidens testimonium adijciam. Contra Julian. lib. 2. Quamuis iam non eodem modo appelletur peccatum, quo facit reum, sed quo sit reatu primi hominis factum, & q; rebelando nos trahere nititur ad peccatum. Hic vides, quòd non solum ideo peccatum appellari hoc malum agnoscat, quia peccato inuenitum est: sed etiam, quia rebellat bona menti. Quod clarius ostendit, Contra Julian. libri 3. capite 3. Sicut cæcitas cordis, quam solus remouet illuminator Deus: & peccatum est, quo in Deum non creditur: & pœna peccati, qua cor superbum digna animaduerione punitur: & causa peccati, cum mali aliquid, cæci cordis errore committitur. Ita concupiscentia carnis, aduersus quam bonus concupiscit spiritus: & peccatum est, quia inest illi inobedientia contra dominatum mentis: & pœna peccati est, quia redditum est meritum inobedientis: & causa peccati est, desuetio ne consentientis, vel contagione nascentis. Nihil fingi potuit aptius. Docet tribus modis peccatum esse concupiscentiam. Primo, quia non obedit dominatui mentis, quæ est

D 5. pro-

AD CENSVRAM THEOLOGA-

propria peccati ratio. Secundò, quia est pœna inobedientiæ. Tertiò, quia est causa peccati. Concipit enim & parit peccatum consummatum ut Iacobus docet. Pugnant igitur cum Augustino aduersarij, dum concupiscentiam negant aliter peccatum dici, q̄ Scriptura vocetur manus & locutio lingua. Toties iam ex Augustino declaratum est, concupiscentiam in renatis esse malum pugnans cum lege Dei, cui Deus irasceretur, nisi renatos receperisset. Quare immerito reprehensus fuit Monheimius, quod scripsit in suo Catèchismo, nos reliquias carnis nostræ tempeſ circumferre, ut perpetuæ culpæ nos reos esse in memoriam redigatur. Quam eandem sententiam Augustinus expressit his verbis, contra Julianum libri sexti capite quinto: Et hæc quidem fuistis, sed abluti eis, sanctificati estis. Mutatos eos dicit in melius, non ut ea scilicet concupiscentia carerent, id quod in hac vita fieri non potest, sed ut ei non obedirent, quod in bona vita fieri potest, atque ut ab eo, quo erant vinculo eius obnoxij, liberatos se esse cognoscerent: quod nisi regeneratione fieri non potest. Quæſo, quid aliud est, A vinculo, quo erat obnoxius, liberatum se esse cognoscere, quam perpetuæ culpæ se reum futurum in memoriam evocare? Eant nunc, &

Augu-

STRORVM COLON. ACAD. 30
Augustinum per Monhemij latus confos-
diant.

Sed audiamus Aduersarios : Sic enim in-
quiunt. Axioma quoddam magna & dino-
si ac pondere proponunt : Quicquid Legi
Dei repugnat , peccatum est : Cuiusmodi
Concupiscentiam esse asserunt Apostolum
Paulum ad Romanos capite septimo testa-
ri : ergo proprij nominis peccatum est con-
cupiscentia prava . Quid si ex hoc vestro
pronunciato colligamus : Ergo etiam & vos
hæretici & infideles (sic enim ertor vester
voeandos vos esse conuincit) peccata pro-
pria iesis . Quia cum Diuina Lege , cum
Scriptura Sacra , quam vsque adeo ore iacta-
tis , cum Maiorum institutis , & omni deni-
que bonitate , plusq concupiscentia , pugna-
tis : Ergo etiam Dæmon peccatum est , &
quilibet eius imitator , quibus hoc proprium
est , vt Diuinæ legi aduersentur .

En Candide Lector , virulenta & vana
garrulitas argumentum longè firmissimum ,
verbis eludere se posse speravit . Non est sub-
stantia peccati , sed substantiæ vitium , quod
in depravatis tam Angelis q. hominibus , le-
gi & voluntati Dei repugnat . Estque pro-
prijsima ratio peccati , Rebellare Legi Dei ,
Cumque

AD CENSVRAM THEOLOGA-

Cumque res quælibet ex seipso & natura sua
estimari debeat, tam est firmum hoc axio-
ma, ut ab omnibus Diabolis & Sophistis non
possit euerti. Sed aiunt: Peccatum nihil
est, peccatum est priuatio & boni absentia,
voluntatisq; à Diuina lege auersio. Si in his
verbis expungatur vocula nihil, concedam
hoc recte dictum esse. Ioannes enim in Pri-
ma Epist. cap. 3. Peccatum, inquit, est ἀρωμα.
Particula primitiva & significat priuati-
onem, qua bonum subtrahitur ei, qui illud ha-
bere debuit. Quodnam bonum, inquis, per
peccatum remouetur? explicat illud Græca
vox γάρ. Illud enim bonum auferitur, quod
præscriptum est lege Dei. Rectissime ergo
dictum est, Peccatum esse, quicquid repugnat
legi Dei. Quod autem addunt, tanquam est
voluntarium, teste D. Bernardo, peccatum,
ut si voluntas non esset, neq; peccatum esset,
insidiosè adiectum est. Non est peccatum
cuiusquam proprium concupiscentia, sed
κάθολικη totius naturæ humanæ vitium, or-
tum tamen à voluntate Protoplasti, quando
Diuini præcepti est facta transgressio, & in
Posteros transmissum. Quod antem lecto-
rem ad Augustinum remittunt. i. Retract.
cap. 18. æquissimo animo ferimus, quando
rursus capra cultrum, quo mactetur, indicat.
Sic enim Augustinus retractat: Hoc enim
pecca-

STRORVM COLON. ACAD.

31

peccatum usq; adeò non est in voluntate, v-
dicat : Quod nolo, hoc facio. Quomodo er-
go nusquam est, nili in voluntate peccatum ?
Et post paulò : Peccatum autem , quod nusq;
est, nisi in voluntate , illud præcipue intelli-
gendum est , quod iusta damnatio consecuta
est. Hoc enim per unum hominem introiuit
in mundum. Quanq; & hoc peccatum , quo
consentitur peccato concupiscentiæ, non ni-
si voluntate committitur, Propter hoc & a-
lio loco dixi : Non nisi voluntate peccatur .
Vides Augustinum docere , concupiscentiæ
peccatum nequaq; esse voluntarium, nili de-
syderijs eius assentiatur, & fiat peccatum per-
secum, hoc est, actuale, id enim propria cu-
iusque consentione committitur. Tandem
lectorum ad Eucherardum Byllckium able-
gant , egregium scilicet Almæ Vniuersitatis
columen. Sed qualia ille habeat. prudens Le-
&tor ex ijs, quæ isti adducunt, facile animad-
uertit, vt ei non libeat bonas horas male col-
locare. Eant nunc , & cum Conciliabulo
Tridentino veritatem Christi anathemate
feriant. Prolixus hæc à me traxata sunt,
sed ita necesse fuit. Nam constituta hac in-
sania (sic enim Augustinus alicubi appellat)
Renatos esse sine peccato : firmatur & aliud
delyrium , Renatos satissimè legi , vt mox
apparebit. Et videmus iſos Matæologos
non

AD CENSVRAM THEOLOGA-

non errores doct̄ē explicare , vt in titulo libelli pollicentur , sed effusis claræ & perspicuæ veritatis nebulis , in manifestos errores erumpere .

Vellificant & Monhemium de Imagine Dei : Inquiunt asserere Monhemium . Pec-
cato Imaginem Dei deletam esse , Atque I-
maginem Dei in intelligendi & volendi na-
tura constituunt . Ut hoc eis demus , tamen
vt Imago respondeat suo archetypo , necesse
est & mentem à Spiritu Dei illustrari , &
voluntatem Diuinae voluntati conformari .
Certè mens & voluntas depravata atque
distorta , Dæmonis Imaginem refert , non
Dei . Quare Tertullianus contra Marcio-
nistas , ait : Imaginem Dei in eo sitam esse ,
vt eosdem motus & sensus habeamus cum
Deo . Cui succinit Diuus Paulus ad Philip-
penses secundo , dum adhortatur , vt idem
cum Christo sentiamus . At concupiscentiæ
motus & cupiditatis , Imaginem Dei in
nobis fœdissimè inducunt & obliterant .
Rechè ergo scripsit Monhemius : Cum au-
autem lex membrorum in omnibus homini-
bus hæreat , qu'andiu sumus in hac vita , I-
magno illa Dei , ad quam conditi sumus verbo
Dei , recuperari quidem incipit in Pijs , sed
non perficitur in hac vita .

Aiunt

STRORVM COLON. ACAD. 33

Aiunt nos Hæreticos , scilicet naturæ conditionem plus satis deprimere conari . Nos autem per Dei gratiam in nulla hæremus hæresi . Ipsi verò , dum falsis elogis naturæ bontatem extollunt , videant ne sūperbos præsumptores , φιλαυτούς , & misericordia Liberatoris indignos semetiplos constituant.

Quia scripsit Monhemius , Dialogo tertio Catechismi sui , verè profecto & pi^z , Nunquam in hac vita Legis perfectionem assequi nos posse : Aduersarij , Qua in re , inquiunt , admiramur vehementer hominem istum impudentiam , miramur stupiditatem , stupemus iudicij impotentiam : ut vereamur , ne sensu communi iam tandem destituantur , quotquot ad hanc hærem fere conuertunt.

Nos verò Aduersariorum insaniam , stultitiam & temeritatem non minus admiramur , qui doctrinæ Propheticæ & Apostolicæ , atque omnibus in Ecclesia Dei pie sentientibus tanta improbitate obstreperi non dubitant , & sensu communi se penitus destitutos esse palam demonstrant . Consideret autem prudens Lector , duplacent esse Legis impletionem . Plenam , perfectam , atque consummatam . Hanc nullus Sanctorum in se agnoscit : Quare ad-

vnum

AD CENSVRAM THEOLOGA-

vnum omnes peccatores se esse fatentur , & iudicij Dei Iusti severitatem humiliter & seriò deprecantur, sicut testantur eorum voices : Ne intres in iudicium cū seruo tuo Domine, quia non iustificabitur in consperu tuo omnis viuens . Si iniuriantes obseruaueris Domine, ô Domine quis sustinebit. Si fulcrint velut mundissimæ manus meæ , tamen cordibus intinges me. Si dixerimus, quia peccatum non habemus, nos ipsos seducimus , & veritas in nobis non est, & sexcentæ alii, quæ paucim in scripturis occurruunt . Inchoatam alteram atque imperfam, pro modulo fragilitatis nostræ, seu (vt Hieronymus loquitur) pro statu vitæ. Quam Augustinus alicubi minorem iustitiam, alicubi parvulam appellat. De Spiritu & Litera, cap. 36. Ad Bonifacium, lib. 3. cap. 7. Hanc in se agnoscunt sancti . Et hoc sensu Hieronymus aduersus Pelagianos, possibilia esse docet præcepta Dei per gratiam, quæ impossibilia sunt viribus naturæ. Quapropter Augustinus duo illa exteriora Decalogi præcepta de diligendo Deum , ex toto corde , tota anima , totis viribus , & de non concupiscono , in futura eternitate ita implenda docet. Verba acutissimi Theologi adscribam, quò magis Monachij innocentia , & aduersariorum amētia appareat. De Spiritu & Litera, capite 39.

Proinde

Proinde hoc primum præceptum iustitiae,
inquit, quo iubemur diligere Deum ex toto
corde, & ex tota anima, & ex tota mente,
Cui est de Proximo diligendo alterum con-
sequens, in illa vita implebimus, vbi videbi-
mus facie ad faciem. Sed ideo nobis hoc e-
tiam nunc præceptum est, ut admonemur
quid ride exposcere, quo spem premitte et, &
obliuiscendo quæ retro sunt, in quæ ante-
riora extendere nos debeamus. Ac per hoc,
quantum mihi videtur, in ea quæ perficien-
da est iustitia, multum in hac vita ille profi-
cit, qui q̄ longe sit à perfectione iustitiae, pro-
ficiendo cognoscit. Epistola 200. ad Ale-
licum, docet: Si quis præceptum de non con-
cupiscendo omnimodo impleret, eum nullis
peccati defyderijs cessurum, nec ei neesse
fore, orare: Dimitte nobis debita nostra.
Tandem subiungit: Nunc ergo vbi dicitur:
Iam ego non operor illud, sed id, quod in me
inhabitat, peccatum, de concupiscentia car-
nis dicitur, quæ operatur in nobis motus
suos, etiam quando eis non obedimus: dum
non regnat peccatum in nostro mortali cor-
pore, ad obediendum defyderijs eius: nec
exhibemus membra nostra arma iniquitatis
peccat. In qua iustitia nondum consumma-
ta perseveranter proficientes, ad eius con-
summationem quandoq; veniemus, vbi pec-

E. cati

AD CENSVRAM THEOLOGA-

cati concupiscentia non cohibenda atque
frenanda, sed nulla sit. Hæc enim Lex po-
suit dicendo : Non concupisces, non quod
hic valeamus, sed ad quod proficiendo ten-
damus, &c. Hinc est, qd D. Petrus Légem
Iugum appellat, quod Patres ferre nō potue-
runt. Quare de iustitiae huius imperfectio-
ne ita pronuntiat, contra duas Epist. Pelag.
Ex quo factum est, Virtutem, quæ nunc est
in homine iusto, perfectam habet unus nomi-
nari : ut ad eius perfectionem pertineat e-
tiam ipsius imperfectionis, & in veritate co-
gnitio, & in humilitate confessio. Tunc e-
nim est secundū hominis infirmitatem, pro
suo modulo perfecta ista parua iustitia, quan-
do etiam quid sibi desit, intelligit. Nihil
manifestius contra errorem aduersariorum
dici potest. Sed visuerit aduersarijs, quod
ijs, qui semel à recta via deflexerunt: quod
longius pergunt, eò longius aberrant ab iti-
neris fine. Nam cùm semel statuerunt, Re-
natos prorsus esse sine peccato, quid restat,
nisi vt iisdem plenam quoque & consumma-
tam Legis impletionem attribuant. Illum
igitur errorem semel ingressi, nunquia errare
desinunt, sed ab errore in errorem præcipi-
tantur, docti sc; errorū explicatores. Verum
audiamus, quid garriat inflata vanitas. Non
animaduertunt, inquiunt oculati Censores,

ieso

Ad Boni-
facium li-
bro. 3. ca-
pit. 7.

se se pugnare secum, & gratiae Christi plurimum detrahere, atq; iniuriari, qui alijs tantopere Christū ac gratiam eius extollūt, nūc adeò deprimunt, vt plus videatur apud illos Adæ inobedientia ademisse, q̄ Christi passio & gratia restituere possit. (Dij meliora pijs, erroremq; hostibus illum.) Longè quidem plus in Christo recuperauim⁹, q̄ in Adam perdidimus. Sed errant toto cœlo aduersarij, si hanc nostri restitutionem vno momento fieri putant. Etenim spe salui facti sumus: & sanamur, vt Aug ait, à reatu statim, ab infirmitate paulatim, vt supra demonstrauimus. Sic enim qui grauiter egrotauit, non eodem quo conualescere incipit momento, robur & vires corporis recipit, sed sensim eas recollegit, idq; annitente ope, cur a atque industria medici. Sic qui restaurantur in Christo, non statim vitiositatē omnem deponūt, sed paulatim eam exuunt, donec ē coi p̄ re hoc mortali & corruptibili liberentur. Hinc illa καθολική apud Paul. Ro. 7. priorū omniū de hac miseria sua querela, q̄ partim ad obedientiam legis aspirant, partim à vitiositate sua ab hac obedientia retrahuntur. Quare Augustinus in hoc statu viæ partim liberos, partim verò seruos esse docet. Cuius celeberrimi in Ecclesia Christi Doctoris hac sunt verba: Sed ista inchoata est, non perfecta Libertas.

E 2. Quare

In Ioan.
Tract. 43.

AD CENSVRAM THEOLOGA-

Quare, inquit aliquis, non est perfecta libertas? Quia video aliam legem in membris meis, repugnantem legi mentis meæ. Non enim quod volo, hoc ago: sed quod odi, illud facio. Caro, inquit, concupiscit aduersus spiritum, & spiritus aduersus carnem, ut non ea quæ vultis, illa faciatis. Ex parte libertas, ex parte seruitus: nondum tota, nondum pura, nondum p'ena libertas, quia nondum plena æternitas. Habenius enim ex parte infirmitatem, ex parte accepimus libertatem. Hæc postq' fusè tractauit, tandem subiicit: Quando plena & perfecta libertas erit? Quando nullæ inimicitiae: quando nouissima inimica de structetur mors. Plura testimonia in re manifesta adferre quid attinet: Si reliquias peccati, & legi Dei succumbentem infirmitatem, in se se non deprehendunt aduersarij? negant se in densissimis nebulis deprehendere caliginem. Ajunt nos maximam contumeliam irrogare Deo, qui eum iussisse dicamus aliquid, quod implere nemo possit. Nemo, inquit, tantam impietatem in homine ferat, ut seruo alicui imperet, quod absoluere non possit, & tamen ni præcepto obtemperet, supplicia interminetur, & cæt.

Consyderare debebant aduersarij, hunc defensum nequaq' ex Legis natura esse, quæ non nisi iusta, sancta, bona præcipit: Sed ex nostra

nostra depravatione. Quid enim? An Deus quod rectum est præcipere non debebat, eo quod nos cupiditatibus nostris vindicti, ad obsequium soluti & expediti non eramus. Quis enim seruum extra noxam esse dicat, qui suo vitio impeditus, absoluere opus suum non potuit? Quanque in hac spirituali miseria & tanta carnis & spiritus conflictatione, impleri perfectè Lex non posse, tamen nequaque eius natura est, ut impleri nullo modo possit, quæ certè aliquando implebitur. Sicut pulchrè docet Augustinus, De Nupt. & Concup ad Val. Co. Ad hoc Lex dixit, in- Lib.i.c.29
quit, Non concupisces, ut nos in hoc morbo iacere inuenientes, medicinam gratiæ quæreremus, & in eo præcepto sciremus, & quo debeamus in hac mortalitate proficiendo conari, & quo possit à nobis in illa immortalitate beatissima perueniri. Nisi enim esset quandoque perficiendum, nunque iubendum fuisset. Vides manifestè, Legem in hac mortalitate non impleri, quæ tamen in illa beata immortalitate implenda sit, & ideo tanque scopum præfigi, ad quem collinandum sit: sicut suprà iam ex Augustino ostensum est. Sed ideo nobis hoc etiam nunc præceptum est, inquit, quid fide exposcere, quo spem præmittere, & obliniscendo quæ retinunt, in quæ anteriora extenderi nos debeant.

AD CENSVRAM THEOLOGA-
mus. desinat igitur innocentii Monhem. bla-
phemias obijcere Matæologorū h̄ dñs. B. M.

Citant PseudoHieronymum suum ad Isa-
masum : Execramur eorum blasphemiam ,
qui dicunt, Impossibile aliquid homini à Deo
præceptū esse , & mandata Dei no à singulis,
sed ab omnibus in communi posse seruari.

Pò ssimus hominem homini, autorem cer-
tum incerto opponere Bernardum illū Cla-
reualiuim, soper Cantic. Serm. 50. Nec latuit,
inquit, præceptorem, præcepti pondus homi-
nū excedere vires: sed iudicauit utile ex hoc
ipso suæ illos insufficientiæ admoneri , & vt
scirent sanè , ad quem iustitiæ finem niti pro
viribus oporteret. Ergo mandando impossi-
bilia, non prævaricatores homines fecit , sed
humiles, vt omne os obstruatur , & subditus
fiat omnis mundus Deo. Accipientes quippe
mandatum, & sentientes defectum, clamabi-
mus in cœlum , & miserebitur nostri Deus :
& sciemus in illa die , Quia non ex operibus
iustitiæ, quæ fecimus nos ; sed secundum su-
am misericordiam saluos nos fecit.

Præclarè sanè Bernardus , & ad retun-
dendam aduersariorum calumpniā egre-
giè. Ceterū, ne cui videamur Sophistarum
more cōtentiosi agere, detestabimur & nos,
si quis absolute dicat Præcepta Dei impossi-
bilia, cū impleri posse , & aliquando imple-
da cīle

da esse, supra ex August. demonstrauimus, &c
in hac mortalitate pro statu viæ seu modulo
imbecillitatis nostiæ, nullo modo tamen per
fecte, à Sanctis impleantur. Recitè igitur Au-
gustinus de Natura & Gratia, capit. 43. Non
igitur Deus impossibilia iubet: Sed iubendo
admonet id facere, quod possis: & petere,
quod non possis. Cùm ait, Et petere quod,
non possis, significat illud, de quo Paulus Ro-
man. 8. concionatur, & quod perpetuo hæret,
in carne Sanctorum, τὸ ἀδύτατον Legis.

Citant & Deut. Moysis, cap. 31. Iuxta te-
est verbum in ore tuo & corde tuo. Testa-
tur homines legis notiones cordibus suis in-
scriptas gerere: quare ad obedientiam hor-
tatur. An hinc sequi putat Censoreum Acu-
men, Sanctoros legi Dei satisfacere? Citant
Psal. 118. Seruasti mandata tua, & testimonia
tua, quia omnes viæ meæ in conspectu tuo
sunt semper. Diximus supra, Sanctoros inchoa-
tam iustitiam in se agnoscere. Itaque David,
de studio & conatu suo loquitur, quo ad obe-
dientiam legis anhelabat, quis propter im-
becillitatem carnis perfecit eam non prefti-
terit. Recitant verba Ezechiæ, 4. Reg. 20.
Memento Domine, quomodo ambulauerim
coram te in veritate & corde perfecto, &
quæ placita sunt tibi, egerim. Respondemus
cum Augustino, contra duas Epist. Pelagian.

AD CENSVRAM THEOLOGA-

Ad Bonif,
lib., cap.,
Secundum istius vitæ modum esse quandam
perfectionem, eique perfectioni hoc quoque
deputari, si se quisque nouerit nondum esse
perfectum. Quid enim excellentius in ve-
teri populo Sacerdotibus sanctis? Et tamen
eis præcepit Deus, sacrificium primitus pro
suis offerri peccatis. Et quid sanctius in no-
vo populo Apostolis? Et tamen præcepit eis
Dominus in oratione dicere; Dimitte nobis
debita nostra. Omnia igitur piorum, sub
hoc onere corruptibilis carnis, & in istius vi-
tae infirmitate gementium una spes est, quod
Aduocatum habemus apud Patrem, Iesum
Christum Iustum, & ipse est exoratio pecca-
torum nostrorum. De Zacharia & Eliza-
beth respondet Augustinus contra Pelagiū
& Coelestinū, de Gratia Christi, cap. 48, I-
ustum est, inquit, quantum mihi videtur, se-
cundum quandam inter homines conuer-
tationem probabilem atque laudabilem, quam
nullus hominum iuste posset in accusationis
& criminationis querelam vocare. Quam
propterea in Dei conspectu Zacharias & e-
ius vxoris habuisse referuntur, quia in ea ho-
mines nulla dissimulazione falliebant, sed ut
apparebant hominibus, ita noti erant oculis
Dei. Non autem dictum est secundum illam
perfectionem iustitiae, in qua vere atque om-
nino immaculati perfectique viuemus. Nam
& Apo-

STRORVM COLON. ACAD. 37

& Apostolus Paulus dixit, Secundum iustitiam, quæ ex lege est, se fuisse sine querela, in qua lege etiam Zacharias sine querela conservabatur. Sed hanc Apostolus iustitiam in sacerdotibus & detrimentis deputauit, præ comparatione iustitiae, quam speramus, &c. Vide eiusdem Tractatum, 41. in Ioannem. Item Augustinus de perfectione iustitiae, contra Cælestinum : Qui iusti ambo, utique legerant inter ipsa mandata, quemadmodum sua peccata mundarentur. Nam & Zacharias, quod de omni Sacerdote ex hominibus accepto in Epistola ad Hebræos dicitur, etiam pro suis peccatis utique hostias offerebat. Adferunt locum Rom, 13. Qui diligit Proximum, legem impleuit. Nominant Mosen, Paulum, Stephanum, Apostolos ; Quærunt num Proximum dilexerint ? Respondemus verbis Augustini, ad Hieron. Epist. 30. Virtus est charitas, qua id, quod diligendum est, diligitur. Hæc est in alijs maior, in alijs minor, & in alijs nulla : plenissima vero, quæ iam non poscit augeri, q[uia] diu hic homo viuit, est in nemine : quam diu autem augeri potest, profecto illud, quod minus est q[uia] debet, ex virtu est, ex quo virtu non est iustus in terra, qui non peccet. & quæ sequuntur eximia.

Difficultatem Legis in obseruatione cœmoriarum D, Petrum ponere existimat

E s. Pha-

AD CENSVRAM THEOLOGA-

Pharisaica cæcitas. Sed contradicit Lucas, qui de Zacharia & Elizabeth scribit, fuisse eos ambos iustos, incidentes in omnibus mandatis & iustificationibus Domini sine querela, quibus verbis haud dubie discipline & ceremoniarum observationem eis tribuit. Et cur carni ita difficile fuerit externas ceremonias obseruare? quæ sive unduntaxat quoddam accidens legis? Quare excellens Augustini acumen bene videt illis duobus extremis mandatis energiam, & quasi animam legis inesse, cum ab utroque præcepto omnes mortales quantumvis sancti accusentur, conuincantur, damnentur; Etiam ij qui de neglectione ceremoniarum nequaquam conuinci possunt.

Instant aduersarij: Si iugum Christi suave est, si onus eius leue, si præcepta eius grauia non sunt, cur obsecro impossibile fuerat legem Dei perficere? Quomodo imbecillitas carnis legi Dei etiam in sanctissimis hominibus succumbat, supra abundè demonstratum est, Fatemur sanè præcepta Christi non esse grauia, sed dum fidelibus errata condonat Deus, & quod illis ad iustitiam decet, id ex plenitudine iustitiae Christi imputat. Suaue est iugum Christi & onus leue, seu dum quicquid peccati ex humana infirmitate surrepserit pietate ipsius fidei dele-

tur, v

STRORVM COLON. ACAD. 38

tur, ut ait Augustinus. Re&ē Bernhardus:
Nihil amanti difficile. Sed nos supra ex Au-
gustino ostendimus in nemine mortalium
plena esse charitatem. Quapropter ipse
quoq; Bernardus nullo modo legem impleri
docet, sicut iam ostendimus. Quid verbis
opus est? tolle veniam defētuū, & vel mini-
mum legis mandatum onus erit intolerabi-
le. Ignorat hæc hypocritarum arrogantia
~~negligentia~~ quare securè de inpletione legis
gariunt. Desino singula quæ adferunt ex-
cutere, quid enim opus est? cùm res satis de-
clarata sit. Quod Patres attinet, Augusti-
nus monet quid respondendum sit contra
Pelagium & Cœlest. de gratia Christi, cap.
49. Testimonia illa Patrum dici secundum
quendam modum, probabilem quidem sed
non minutum excussum. Patres enim dum
mandata Dei expedita, facilia, iucunda pro-
ponuntur, loquuntur non de exacta & con-
summata Legis impletione: sed de externa
disciplina, quam sancti ductū spiritus sequen-
tes ut cuncti prestare possunt, quamquam im-
becillitas humana sæpe cedit temptationibus
etiam in sanctissimis, quod ipsa quoq; testa-
tur experientia. Sed si aduersarij nimii vr-
gebunt paræneses Patri, nos eis opponemus
alia Patrum testimonia, quæ declarant san-
ctos ad vnum omnes peccatores esse, & legi

Ad Eod
nifa. li. 3.
cap. 3.

Dei non

AD CENSVRAM THEOLOGA-

Dei non satissacere : quorum aliquot, ut retundatur aduersariorum impudentia , subijciemus. Cyprianus in Epist. de Elegia syris : Ne quisquam sic tibi de puro atque immaculato pectore blandiatur, ut innocentia sua fretus, medicinam non potet adhibendam esse vulneribus, Cum scriptum sit : Quis gloriarabitur castum se habere cor ? Et iterum in Epistola sua Ioannes ponat, & dicat : Si dixerimus, quia peccatum non habemus, nos ipsos decipimus , & veritas in nobis non est. Si autem nemo esse sine peccato potest , q̄ necessaria , q̄ benigna est Diuina clementia , quæ , dum sciat quædam non esse sanatis , postmodum vulnera dedit , curandis denuo sanandisque vulneribus remedia salutaria.

Augustinus citat Ambrosium in Esaiam , de Gratia Christi, contra Pelagium & Cœlestinum, cap. 49. Perfectos, inquit , secum multos , ait Apostolus , in hoc adhuc mundo sitos, qui si ad perfectionem veram respicias , perfecti esse non poterant , Quia ipse dixit : Videntur nunc per speculum in ænigmate , tunc autem facie ad faciem . Nunc cognosco ex parte , tunc autem cognoscam sicut & cognitus sum. Ita & immaculati sunt in hoc mundo , & immaculati erunt in regno Dei . Cum utiq; si munitius excutias , immaculatus esse nemo posset, quia nemo sine peccato.

Audia-

Audiamus iam acerrimum alioqui humanae
ignauiae incitatem Hieronymum, Contra
Pelag. Quid ergo sapimus, immo quid sapere
debemus, qui perfecti non sumus? Imperfe-
ctos nos esse confiteri, & nondum compre-
hendisse, nedum accepisse: haec est hominis
vera sapientia, Imperfectum esse se nosse.
Atque (ut ita loquar) cunctorum in carne
iustorum imperfecta perfectio est. Grego-
rius in Moralibus: Vnde laudabili vita homini-
num, si remot a pietate iudicetur. Quia di-
strictè discussa inde ante oculos iudicis, vn-
de se placere suspicatur, obruitur. Sed quid
haec prosequor? Pleni sunt libri Sanctissi-
morum Parrum testimonijs huiusmodi. Quare
concludo verbis Augustini, de Natu. & Gra-
tia: Excepta itaque Santa Virgine, de qua
propter honorem Domini, nullam prorsus,
cum de peccatis agitur, habere volo questio-
nem, unde enim scimus, quod ei plus gratiae
collatum fuerit ad vincendum omni ex parte
peccatum, quae concipere & parere me-
ruit, quem constat nullum habuisse peccatum.
Hac ego virgine excepta, si omnes illos San-
tos & Sanctas cum hic viuerent, congregate
possemus, & interrogare, Vtrum essent
sine peccato? Quid fuisse responsus puta-
mus? vtrum hoc, quod iste dicit: an, quod
Iohannes Apostolus? Rogo vos, quantilibet
fuerint

Contra
Pelagia-
nos, c. 36

AD CENSVRAM THEOLOGA-

fuerint in hoc corpore excellentia sanctitatis, si hoc interrogare potuissent, una voce clamassent: Si dixerimus quia peccatum non Retrac. habemus, nos ipsos seducimus, & veritas in lib. i. cap nobis non est, &c. Nec aliam Legis imple-
tionem in renatis agnoscimus, q̄ eam, quam

Augustinus describit his verbis. Omnia mandata facta deputantur, quando quicquid non fit agnoscitur, Eant rursum Sophistæ, atque innocentem Monhemium calumnijs proscindant, & veritatem Apostolicam Tridentinis fulminibus infestent.

Lacerant etiam q̄ scripsit Monhem. Primum præceptum requiriere, vt nullæ prorsus cogitationes, nulla desideria, nulla studia inflent nobis, quæ amori Dei aduersentur: & magno supercilio pronuntiant, apertam heresim esse, si quis primus, vt vocant motibus, qui citra consensum nostrum irreputant, peccati noxam attribuat, modò nō afflentia mur. Quanq̄ aut̄ in defensiōe 2 Dialo. hanc materiam attigerimus, tamen quia hic innocentia Monh. hæreseos criminè atrociter intentant, visum est hanc questionem paulo diligentius explicare, quo magis & Monh. innocentia, & aduersariorum improbitas elucelcat. Pau. ad Rom. 6. Non regnet peccatum in vestro mortali corpore, vt obediatis eius desiderijs. Tres gradus peccatorum

statuic

STRORVM COLON. ACAD. 40

statuit Apostolus. 1. Concupiscentiam seu innatam prauitatem. 2. loco, Desyderia peccati, isti scilicet de quibus couertitur primi motus, & impetus ad scelera, quos dira ista Mephitis concupiscentia perpetuò exhalat. 3. loco est Obedientia, quæ est consentio voluntatis in desyderia peccati. Vides duò extrema, concupiscentiam quæ naturam peccati orig. sapit, obedientiam seu assensum voluntatis quæ ad peccatum perfectum seu ut vulgo vocant actuale refertur, in medio sicut desyderia peccati, seu i. motus, qui quo referri debeant dubitatur, quatenus enim aliquid per illos facimus, cupimus, desideramus, habent non nihil peccati consumati, seu actualis: quatenus eos verò inuiti patimur, ad peccatum Origin. referuntur, illud enim electione & sponte non suscipitur, in ipsis motibus peccatum esse pernegant Sophistæ, quod in uitis obrepunt, & deliberationem nostram preueniunt. Sed si hæc ratio valeretunc Origin. culpa prorsus excluderetur, quæ sine nostro consensu in nos à prima usq; nativit. deriuatur. Itaq; cadit Theologast. principiū, quo cōtendunt nō esse p̄m, q̄ citra rationis arbitriū cōmittitur. Sed vñ in nobis isti motus assurgunt? vnde q̄ animū pungunt, titillant, illiciunt, nisi à concupiscentia, qua vitiatissimus, in quietudine, viuacitate atque rebel-

lione,

AD CENSVRAM THEOLOGA-

Ione? qua sit, ut ad obedientiam Legis male comparati simus. Si diligemus Eum, iuxta primum Præceptum, ex tota anima, toto corde, omnibus viribus, Quicquid occurseret, quod eius voluntati relisteret, nobis horrore esset: ut fieri videmus, quando nobis imprudentibus in mentem venit casus ab eminentissimo loco, statim toti ingenti horrore concutimur. Paulus Rom. 7. copiose ostendit, Quomodo vel in nobis nolentibus, hec eoc ipscenti rebellio, seu hi motus Deo obluctantes insurgant, quibus in legem peccati & mortis trahimur, & infelices prædiccamur, ut qui non ea quæ velimus, sed ea quæ odio habemus, faciamus. Quod idem ad Galathas expressit, cum inquit, Ut non quæcumque vultis, ea faciatis. Quis ita stupidus est, ut non intelligat istis motibus peccati rationem ab Apostolo assignari? Quare recte Hieronymus, sicuti in defensione Dialogi 2. diximus, *πρώτας αὐτοῦ* (sic enim primos istos affectus appellat) culpam habere docet, veniam tamen, quando propter eos nouo reatai, & obligationi iudicij Dei, propter Christum non astringimur. Præclarè igitur Augustinus, de Trinitat. lib. 12. capit. 12. Nec sanè cum sola cogitatione, inquit, mens oblectatur illicitis, non quidem decernens esse facienda, tenens tamen & volens libenter,

ter, qui statim ut attigerunt animum, respiui debuerunt, negandum non est esse peccatum, sed longe minus quam si & opere statuatur implendum. Et ideo talibus quoque cogitationibus venia petenda est, peccatusque percutiendum atque dicendum. Dimitte nobis debita nostra: faciendum quoq; quod sequitur, atque in oratione iungendum, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Manifestè motibus istis, etiam si plenus consensus non accedat, culpam tamen aliquam assignat. Ambrolius quoque hos affectus & hanc concupiscentię rebellionem ita describit, ut peccati rationem evidenter agnoscas. Frequenter inquit, irrexit terrena rū illecebra cupiditatū, & vanitatem effusio mentem occupat ut quod studeas vitari hoc cogites, animoq; uolulas, quod cauere difficile est homini, exuere autem impossibile, denique voti magis eam rem, q; effectus testatur propheta dicendo, Declina cor meum in testimonia tua, & nō in auaritiam Non in pietate nostra est cor nostrum, & nostræ cogitationes, quæ in prouiso offusa, mentem animumq; confundūt, atque alio trahunt, q; tu propolueris, ad secularia reuocant, mundana inserunt, mundana ingerunt, illecebrosa retexunt, ipsoq; in tempore quo eleuare mentem paramus insertis manibus, cogita-

In lib. de
fuga secu-
li.

AD CENSVRAM THEOLOGA-

tionibus ad terrena plerunque deiijcimur.
Quis in ista horum motuum rebellione præ-
ter stupidos Mathæologos , culpam nullam
inesse disputeret? Certè omnium piorum vox
est: Delicta quis intelligit ? Ab occultis
meis munda me Domine. Idecirco re&te
Augustinus tunc , inquit , erit iustus sine vi-
lo criminis , quando nulla lex in membris
eius , repugnans legi mentis eius , sed pro-
sus toto corde , tota mente diligit Deum:
quod est primum summumque præceptum.
Cur ergo non præcipiteretur homini illa per-
sepio , quamuis eam in hac vita nemo habe-
at? Non enim re&te curritur , si quo curre-
dum est , nesciatur. Quomodo autem sci-
retur , si nullis præceptis ostenderetur?
Eant nunc , & hæresim hanc explicatam at-
que conuulsam iactent. Aeneas Vergi-
lianus confessio Mezentio exclamat :

Res magna est esse & a viri , timor omnis
abesto.

Et ego aliquid effectum puto , posse aquam
ostendi renatos ad vnum omnes peccatores
infimos , languidos , vitiosos esse , & legi
Dei iustæ , san&te , bonæ nequaq; satisfacere.
Videt enim cordatus Lector luxatam & e-
neruatam esse longam illam disputationem ,
quam postea aduersarij de iustificatione in-
stituent , sicut loco suo videbimus.

Abo

In lib. de
perfecti.
iusticie.

STRORVM COLON. ACAD:

ABominantur Monhemium, quod eos
qui sanctos, qui ex hac vita migra-
ruant, inuocant, primi præcepti trans-
gressoribus annumerat, ut qui non nobis
tautum mortalibus sed & cœlestis patriæ in-
colis sumimam irroget iniuriam.

Videant verò ipli, ne Christo sancto san-
ctorum, & vero hæredi cœli, non tantum
Monhemio iniurij sint, de quo sic Ambro-
sius in Col. I. Idcirco, inquit, omnipoten-
tia magnitudinis quanta sit Christi, &
quām in infinita, ab initio declarauit, ut po-
siceret in ipso solo spem ponendam, quia ni-
hil sine ipso potest fieri, neque in cœlo ne-
que in terra. Ante omnes enim est, & cun-
cta in ipso constant, quia in omnibus ipse
primum tenet. Ut si quis alicui elemen-
torum, aut Angelorum, vel potestatum,
deuotum se debere esse putet, errare se-
sciat.

Sequitur itaque Hic unus audiendus est &
colendus, nec adhuc aestimandus est quis-
quam. Quia qui caput tenet, reliquam par-
tem subiectam tenet. Nam qui se subiectis
humiliat, totus errat. Non tenens caput,
truncus est, ex quo totum corpus tenetur
ad vitam.

Item in capite secundo: Hic est enim
unus, in quo omnis Creatura nisi sperauerit
F 2 peribit,

AD CENSVRAM THEOLOCA-

peribit, ut omnium potentia in eo sit. Item paulò post, Non colendus alius preter hunc requiratur, quia omnium potentiarum virtus in eo est. Ex ipso enim habent omnes, Vnus enim cum sit, omnia potest, Quare & caput omnium dicitur, ut per ipsum omnes subsistere videant? Item, quicquid alibi se putauerit inuenire, plene in hoc & abunde inueniat. Sed quia aduersarij hanc disputationem in aliud locum reiiciunt, nos quoque in præsentia omittemus: Quia vanum simulachorum cultum in Catechismo suo notat Monhemius. Aduersarij Idolorum patroni, nouam hanc doctrinam reeens à quibusdam nescio præstigiatoribus ab inferis exitam, damnatam totius orbis concilio, damnatam certis rationibus, imo & naturali omnium iudicio, pronunciant. Quis tam latus est, cui non detestabilis videatur impijsimorum canum improbitas, qui nuperam & ab inferis exitam aiunt doctrinam Legis à Deo optimo maximo per Mosen prouulgatæ, disertis verbis traditam, Non facies tibi sculptile, neque similitudinem ullam, Non adorabis ea, neque coles. Quam & Prophetæ legis interpres tam constanter explicant, vrgent inculcant?

O spissus error, ò tenebrosum genus.
Nos

Nos ergo ut legi & veritati patrocinemur, primò Eccleiam Apostolicam seu primitiuam, cultum quorumcunque simulachrorum, non tantum non recepisse, Sed acriter etiam impungnasse ostendemus. Deinde cultum imaginum cum natura hominis pugnare, & idcirco irrationalem & brutæ cæcitatis esse declarabimus. Tertio ad Synodum illam ζιστωλατεινηρ ab aduersarijs adductam respondebimus. Ut igitur ad id quod primo loco pollicitus sum accingamur, Non obscuros scriptorculos Metaphraſtes & ſingulos non fictos Athanasijs & Basilioſ ex pseudofinodis proferemus, non commenta & fabulas allegabimus, mæribus veri aduersarijs, has officias relinquimus. Sed præclarissima Ecclesiæ lumen producemus, Scriptores, inquam, authenticos, eruditione, peritia scripturarum, vitæ sanctimonia toto terrarum orbe celeberrimos eosque præfertim, qui in hoc simulachrorum patrocinio ab aduersarijs vanè citantur.

Eusebius, cuius verba citant aduersarij, primum aduocabimus libro 7. Ecclesiasticæ Historiæ cap. 14. Et nihil mirum si hi qui ex gentibus crediderunt, pro beneficijs, quæ à Saluatore fuerant consecu-

AD CENSVRAM THEOLOGA-

ti, huiusmodi munus videbantur offerre, cum videamus etiam Apostolorum Petri & Pauli, & Saluatoris imagines desgnari, tabulasque depingi, sed & antiquas ipsorum imagines à quibusdam conseruatas nos vidi-mus. Quod mihi videtur ex Gentili consuetudine indifferenter obseruatum, quèd ita soleant honorare, quos honore dignos duxerint. Insignia enim veterum refeuari ad posterorum memoriam, illorum ho-noris, horum vero amoris indicium est. Falsum ergo quod ex authoritate Damas-ceni vestri refertis imaginum usum ex Apo-stolorum traditione ad posteros venisse, quia Eusebius testatur, cum ex Gentili consuetudine indifferenter receptum. Non igitur ex Apostolica traditione, sed Gen-tili more à fidelibus receptæ sunt imagines, nequaquam tamen in Oraria seu Ecclesias admissæ, aut ad cultum prostitutæ. Sed pio quodam affectu priuatim conseruatæ. Quemadmodum hodie simili affectu studi-osi literarum Erasini, Budæi, & similiū excellentium virorum imagunculas circum-ferunt, aut in Bibliothecis suis reponunt: quas tamen nullo modo ad cultum prosta-re vellent. Hæreticorum enim est non sa-nè fidei Christianorum simulachra colere, & ne id temere affectuare videar, audiant te-stimonio

stimonia veterum. De Simonis Magi discipulis narrat Theodoretus , eos magistri Heret ^{fab}
sui, & scorti eius Selenes statuas , sub specie libro 1,
Iouis & Mineruæ coluisse , ijsque suffitum
fecisse , idque ex instituto Simonis , vt re-
fert Augustinus de heresibus ad Quoduale-
deum.

Irenæus aduersus Hæreses lib . 1. capite
24. de Carpocrate & eius affeclis narrans.
Gnosticos, inquit , se vocant : Etiam imagi-
nes quasdam quidem depictas , quasdam ve-
rò de reliqua materia fabricatas , habent , di-
centes formam Christi factam à Pilato , il-
lo in tempore quo fuit Iesus cum Homi-
nibus , & has coronant , & proponunt
eas cum imaginibus Mundi philosopho-
rum , videlicet cum imagine Pythagoro-
re , & Platonis & Aristotelis & reliquo-
rum , & reliquam obseruationem circa eas
similiter ut Gentes faciunt,

Meminit codem capite Ireneus & Mar-
cellinæ Carpocratis discipulæ , quomodo sub
Aniceto Romam venerit , multosque per-
uerterit. De hac Augustinus scribit , quod
imagines Iesu & Pauli , Pythagoræ & Ho-
meri adorauerit , ijsque ihus adoleuerit.

AD CENSVRAM THEOLOGA-

Idem Augustinus contra Adimantum Manichæi discipulum cap. 13. Scribit Adimantum fauisse simulachris. Idque propterea fecisse Manicheos, ut miserrimæ & vefaniæ suæ sanctæ etiam paganorum conciliarent bencuolentiam. En quos habeant Patriarchas putidi idolorum defensores.

Aduigilabant autem summa diligentia gregis Christi Pastores, ne quæ imagines in cœtus fidelium admitterentur, aut si quæ admisse essent, ejicerentur, & confringerentur, sicut ostendit faſū Sanctissimi Epiphanij Salamine Cipri antiftitis, quod de se nartat in Epistola quam scripsit ad Iohannem Hierosolymitanum Patriarcham. Verba eius Interpretate Doctore Hieronymo sic habent. Præterea audiui quosdam murmurare contra me, quia quando simul pergebam, ad sanctum locum, qui vocatur Bethel, ut ibi collectam ex more Ecclesiastico facerem, & venissem ad viljam quæ vocatur Anabbatha, viduisseque ibi præteriens lucernam ardente, & interrogasse quis locus esset, didicisseque esse Ecclesiam, & intrasse ut orarem, inueni ibi velum pendens iu foribus Ecclesiæ tinctum atque depictum, & habens imaginem quasi Christi vel sancti cuiusdam, Non enim satis memini cuius i-

mag

mago fuerit. Cùm ergo hoc vidissem, in Ecclesia Christi, contra authoritatem Scripturarum hominis pendere imaginem, scidi illud: & magis dedi consilium Custodibus eiusdem loci, ut pauperem mortuum eo obvulerent, & efferrent. Deinde narrat, quomodo aliud velum, ut murmurantibus satisfaceret, pollicitus sit, Deque ea re subiicit: Precor, ut Iubeas Presbyteris eiusdem loci subcipere velum à latere, quod à nobis misum est: & deinceps præcipere in Ecclesia Christi, istiusmodi vela, quæ contra religionem nostram veniunt, non appendi. Decet enim Honestatem tuam, hanc magis habere solitudinem, ut scrupulositatem, quæ indigna est Ecclesia Christi & populis, qui tibi crediti sunt, tollat. Haec enus Epiphanius, interprete Hieronymo. Multa notata dignissima in hac occurunt Historia. Primo, Contra authoritatem Scripturarum, in Ecclesia hominis cōspici imaginem. Deinde Picturas in Ecclesijs cōtra religionem nostram venire. Tertio, Antistitem religionis esse, in eam incumbere curam, ut tollatur ex Ecclesia, quicquid cum eius Maiestate & grauitate ullo modo pugnat. Quid existimas facturū suisse Epiphanium, si in Ecclesijs nostri seculi vidisset Imagines aureas, argenteas, æreas, lignicas, non in foribus pendere pictas,

AD CENSVRAM THEOLOGA-

pietas, sed in Aris ipsis statui, & tantum non
adorari? Notandum etiam, Ioannem Pa-
triarcham in factum Epiphanij consensisse.
Quia si improbasset, nequaquam paetus fuisse,
in Patriarchatu suo, & ante oculos suos ima-
gines scindi, & Orarijs Christianorum ejus-
ci, Nec cum eo, qui hoc ausus fuisse, Col-
lectam fecisset, neque de Sancto suo ad Pa-
triarcham scripsisset Epiphanius, si id ei di-
splicuisse compertum habuisset. Neque Hiero-
nymus, malleus ille hereticorum, hanc Epi-
stolam vertisset, si quicquam in ea errorem
vel hereticum compresisset. Liquet itaque ex
hac Epistola, Quid de imaginum cultu erudi-
ta senserit Antiquitas. Idem Epiphanius
contra Eucratitas: Estote, inquit, memores
dilecti filij, ne in Ecclesia imagines infera-
tis, neque in Sanctoru[m] cœmeterijs eas statua-
tis, Sed perpetuò eis cumferte Deum in cor-
dibus vestris. Quinetiam, ne in domo com-
muni tolerentur. Non enim fas est Christianum
per oculos suspensum teneri, sed per oc-
cupationem mentis. Pia sane Apostolica &
saluberrima sanctissimi & eruditissimi viri
Parænæsis. Quæ si obtinuisset in Ecclesia,
nūquam in tantam θεωριανον prolapsum
fuisse Christianorum vulgus. Sed de hac re
postea, nunc testimonia eruditæ antiquita-
tis contra cultum Imaginum, recitare per-
gam,

STRORVM COLON. ACAD. 46

gam, si illud præmisero, hunc esse illum Epiphanium, quem alibi commendat Hieronymus ad Panmachium, ab ætate, à scientia, à vitæ merito, & quod tantæ venerationis semper fuerit, ut regnantes etiam hæretici ignominiam suam putarent, si tales virum persequerentur. Et quem Historia Tripartita naerat, dum viueret miraculis claruisse, Libri 9, cap. 18. & post mortem ad sepulchrū eius Dæmones irruguisse. Patet etiam ex celeberrimo scriptore Origene, primitiua Ecclesiam nulla ad cultum prostituisse simulachra. Nam cùm Celsus Christianos & Aras & Simulachra & Delubra defugere obijceret, respondit Ori Contra genes : Christianos nulla quidem inanimata Cellum, & insensibilia, & ab impuris opificibus fabri libro 8. cata simulachra in templis ponere, sed per Dei verbum edita & formata, & spiritus Dei capacia virtutum simulachra in animi pentalibus collocare, quæ & hominem Dei imaginem deceant, ac Phydiae, Polycleti, & omnium opificum simulachra egregie antecellant. Huc accedit Augustinus Sermone in Psalmum 113. secundo : Simulachra, inquit, gentium argenteum & aurum. Sed Deus fecit argentum & aurum: Opera, inquit, manuum hominum. Hoc enim veneratur, quod ipsi ex auro argentoque fecerunt. Sed enim & nos pleraque instrumenta atque vasla, ex huiusmodi

AD CENSVRAM THEOLOGA-

huiusmodi materia vel metallo habemus in
vsum celebrandorum Sacramentorum , quæ
ipso ministerio consecrata , sancta dicantur
in eius honore , cui pro salute nostra inde
seruitur . Et sunt profecto etiam ista instru-
menta vel vasa , quid aliquid , q̄ opera manuum
hominum ? Veruntamen nunquid os habent ,
& non loquentur ? nunquid oculos habent ,
& non videbunt ? nunquid eis supplicamus ,
quia per eos supplicamus Deo ? Illa causa est
maxima impietatis insanæ , q̄ plus valet in af-
fectibus miserorū similis viuenti forma , quæ
sibi efficit supplicari , quam q̄ eam manife-
stum , non esse viuentem , ut debeat à viacente
contemni . Plus enim valent Simulachra ad
curuandam animam infelicem , q̄ os habent ,
oculos habent , aures habent , nares habent ,
manus habent , pedes habent , q̄ ad corrigendū
quod non loquentur , non videbunt , nō
audient , non odorabuntur , non contredic-
bunt , nec ambulabunt . Itaque sequitur , ut
illud quoque fiat , quod etiam in hoc Psalmo
sequitur : Similes illis siant omnes , qui faci-
unt ea , & omnes , qui confidunt in eis . Vi-
deant igitur isti apertis & sentientibus oculis ,
& adorent clausis & mortuis mentibus ,
nec videntia , nec viuentia Simulachra . Hæc
verba Augustini liquidè testantur , in sue cta-
tis Ecclesijs nulla fuisse Simulachra , figuram
komij-

hominis experientia : & causam declarat , quare non sint admissa . Quia scilicet , specie humana , quam præferunt , animos simpliciū fascinant . Quod nequaq̄ vanè ab Augustino dici , vsus ostendit , & docet experientia . Frustra itaque hunc nostrum citant Aduersarij , lib . 4. de Sancta Trinitate , cap . 15. & lib . 22. de Civitate Dei . cap . 8. Item in Psalm . 141 . Tractatu 118. In Euangeliū Ioannis , &c . Inspiciat Lector , supponet cribrum mulgentibus hircum . Recte igitur Erasmus ille noster : Usque ad ætatem Hieronymi , inquit , erant probatæ Religionis viri , qui in templis nullam ferebant Imaginem , nec pictam , nec sculptam , nec textam , ac ne Christi quidem , vt opinor propter Anthropomorphitas : paulatim autem imaginum vsus irrepsit in templo . Vanissime igitur , & in Ecclesia Dei contumeliosè (ne quid dicam gravius) aduersarij Nonam esse hanc doctrinam , & ab Inferis excitam scribunt .

Iu Ca
techism.

Circa ætatem Augustini , Ecclesiæ Occidentales Picturas receperunt in aedes sacras . Pontius enim Paulinus , Episcopus Nolanus , vir excellentis pietatis ab Augustino celebratus , cum videret populum , qui ad natalem S. Felicis confluens Nolam , epulari solitum in templo , parietes templi picturis ex Veteri Testamento desumptis , ornari curauit ,

AD CENSVRAM THEOLOGA.

rauit, vt earum contuitu & contemplatio-
ne ab intemperantia reuocarentur accum-
bentes. Pingebantur etiam Historiæ Mar-
tyrum ad eorum memorias, vt pictura tan-
quam trophyum victoriae Martyrum esset,
& intuentes ad imitationem virtutis accen-
deret, sicuti liquet ex Prudentio Christia-
no Poëta, In Passione Cassiani martyris.

Lib. epi
Stolarū,
parte 10. Hæc quantumuis piē cœpta, in supersticio-
nem tandem abierūt, vt docet Sereni Mal-
silensis Episcopi factum, qui Sanctorum ima-
gines, quod adorari incepissent, confregit.

Epist. 4. Et laudat quidem Gregorius Patriarcha Ro-
manus pastoralem Sereni curam & solicitudi-
nem, quod adorari vetuerit imagines, repre-
hendit tamen quod eas fregerit. Quia eo fa-
cto quorundam animos offendit, quasi eas
historias, quas picturæ illæ referebant, con-
templari noluisset. Quibus vult Gregorius
satisfieri, Iecit tamen seminā superstitionum
ad posteros, eruditissimus alioqui & sanctissimus
Præfus, Quod docuit Picturam es-
se Scripturam idiotarum. Qua sententia à
grauitate & simplicitate Apostolica nonni-
hil discedit. Audiuiimus ex Epiphanio, tantę
authoritatis viro, picturas in Ecclesijs contra
religionem nostram venire: audiuiimus eun-
dem sancte hortantem, ne in Ecclesiam ima-
gines inferamus, neu in sanctorum coemite-
rijs

rijs eas statuamus : Perpetuū Deum in cor-
dibus nostris circumferendum, neque fas esse
Christianū per oculos suspensum teneri, sed
per occupationem mentis. Audiuiimus ex Au-
gustino, Simulachra hominis effigiem prefe-
rentia, animos simplicium capere, decipere,
fascinare. Et possem hoc loco Gregorij sen-
tentiam ut Ethnicam & Porphirianam, ve-
hementer exagitare : possem ostendere Pi-
etas & Simulachra, maiestati loci, vbi ver-
bum Dei docendum est, atq; Sacraenta ad-
ministranda, minus conuenire, sed utar mo-
deratione. Sunt sententiae Gregorianae, ad-
uersarij adorationem imaginum modis omni-
bus deuident, docant plebem Christia-
nam, ne vorias peregrinationes ad certas
statuas suscipiant, neu ante eas sese proster-
nant, thus incendant, cereos ardentes po-
nant, munera offerant, & id genus, & eis nul-
la erit cum Monhemio contentio.

Veniamus nunc ad id, quod secundo loco
promisimus, cultum scilicet imaginum natu-
re hominis aduersari, ac proinde irrationa-
lis & bruti stuporis esse doceamus.

Præclarè hac de re Cyprianus : Quid te Contro-
ad falsos Deos, inquit, humilias & inclinas ? Deme-
Quid ante inepta simulachra, & figmen- trian.
ta terrena captiuum tuum corpus incur-
nas ? Rectum te Deus fecit, & quem
cetero-

AD CENSVRAM THEOLOGA-

cætera animalia prona, & ad terram situ ver gente depressa sunt, tibi sublimis status, & ad cœlum atque Deum tuum vultus erectus est. Illuc intuere, illuc oculos tuos erige, in supernis Deum quære, Ut carere inferis possis, ad alta & eœlestia suspensum pectus attolle. Quid te in lapsum mortis, cum serpente, quem colis, sternis? Quid in ruinam Diaboli, per ipsum & cum ipso cadis? Sublimitatem serua, qua natus es. Persevera talis, qualis à Deo factus es. Cum statu oris & corporis animum tuum statue: ut cognoscerre Deum possis, te antè cognosce. Relinque Idola, quæ humanus error inuenit. Ad Deum conuertere, quem si imploraueris, subueniet. Christo crede, quem viuificandis & roborandis nobis Pater misit. Similia in preclaris illis suis Institutionibus docet Lactantius. Sed ego huic loco, ad euitandam nimiam prolixitatem, non immoror. Utinam eruditæ Vetus statis testimonia attentius considerassent Posteri, nunqu in tantam stupiditatem, & tam tetros errores prolapserent, quibus penitus obruti ac demersi sunt.

Transeamus igitur, sicut tertio loco polliciti sumus, ad Synodum Nicenam Secundam, quam Oecumenicam aduersarij appellant, & tanquam Gorgonis caput nobis obiciunt: vt, eo viso, obstupescamus.

Hæc

Hec Synodus auspicijs Hirænes Imperatricis, Atheniensis illius Lezabelis, collecta fuit, ac simulachrorum cultum, contra Legem Dei, doctrinam Propheticam atque Apostolicam, & primitiæ Ecclesiæ praxim, confirmauit. Atque hæc est illa Hiræne, de cuius temeritate, superstitione, crudelitate, dici satis pro indignitate rei nō potest: quæ & Leonis Isaurici socii sui cadauer effossum cremari publicè iussit, & cineres in mare proiecì, & filium suum Constantinum sex insidijs circumuentum, imperio exuit, excœcauit, & squalentibus carceribus inclusit, varijs demum malis affectum interemit. Et quæ sic in immensum excrevit, Mahumetiæ potentiæ prælalit.

Sed, quia non puduit aduersarios, huius Synodi quædam fulmina ridicula sanè, contra veritatem intonare, veniam mihi dabis. Lector, si & ego quædam argumenta, quibus pugnant securi Hypocritæ, in medium adducam.

Dixit Ioan. Legatus Orientalium: Cœavit Deus hominem ad imaginem suam, atq; inde colligit, habendas igitur esse imagines. Idem commendari nobis putauit imagines hac sententia: Ostende mihi faciem tuam, quia speciosa est. Alius, vt probaret colloquandas esse in altaribus, hoc testimonium ci-

G. tauit

AD CENSVRAM THEOLOGA-

tauit : Nemo accendit lucernam , & ponit eam sub modie . Alius , ut earum aspectū nobis salutarem monstraret , adducit ex Psalm . Signatum est super nos lumen vultus tui Dñe . Et mirabile est Theodori Episc acumen , qui illud Psalm . Sanctis qui in terra , ad simulachra referunt . Vbi de adoratione disputation , hec scripturæ prodeunt : Adorate scabellū pēdū eius . Item : Adorate in monte sancto eius . Item : Vultū tuū deprecabuntur omnes diuites plebis . Donec tandem Constantius Cōstantiæ Cypri Episcopus , se imagines reuerenter amplecti profitetur , cultumque honoris , qui viuificæ Trinitati debetur (horrendus furor) illis se exhibitrum cōfirmat : quisquis idem facere recusauerit , cum anathemate ferit , & cum Manieis ac Martionitis amandat . Ioannes etiam Legatus Orientalium , prēstare admonet lupinaria omnia (o flagitiosam amentiam) in urbem admitti , q̄ imaginum cultum abnegari . En , quo deuenierimus , postq̄ semel à grauitate & simplicitate sanctę vetustatis discessum est . Quis hic nō exclamet cū Persio : O curuę in terras animę , & cœlestiū inanes . Cōuocauerat paulo ante hanc idololatricam synodū , Constantinus Gonstantinopoli in palatio Hieric Episc . 38 . Inter quos primarij fuere Ephesinus , Pergensis & Cōstantinopolitanus Episcopi ,

STRORVM COLON. ACAD. 50

scopi, qui de vsu imaginū sic decreuere : Non
licere Deo per Iesum Christū fidentibus vi-
la neq; Creatoris, neq; creaturarum simula-
chra in templis habere ad cultū , quin potius
illa omnia secundum legem Dei & ob scanda-
lum vitandum, tollenda esse è templis. In ea
Synodo anathemate percussi sunt, German⁹
Patriarcha, Greg. Cyprius, & Ioannnes
Chrysoroas. Conuenit etiam circa hæc tem-
pora Elimbrina Synodus in Hispania, Epi-
scopi 19. & Presb. 36, qui imaginū cultū repu-
diarunt. Quin & Carolille Magnus Chri-
stianiss. Princeps coegerit Synodū generalem
Francoforti, in qua synodo hæc Irænes syno-
dus damnata est, & aucta Græcorū (verbis v-
tor Auentini) de adorandis imaginibus, re-
fusa sunt. Quid q̄ in ipsa Græcia acriter ei-
dem à pijs hominib. reclamatū fuit? Et æditi
sunt superioribus annis in Gallia 4. insignes
libri titulo Caroli Magni, sed, vt quibusdam
placet, ab Alcuino cōcripti : in ijs libris hæc
Pseudosynodus (sic enim annales Francorū
& Hincmarus Remorū Archiepisc. vocant)
de qua tantopere sibi placent aduersarij, e-
gregie cofutatur, & disertis verbis reiciuntur
vestitus, suffitus, lumina & alia ornamen-
ta statuarū. Item & geniculationes ante eas.
Quò magis execranda venit aduersariorum
vanitas, qui hanc doctrinam nouitatis insi-
gnulant.

⁵ Qui &
Damasco-
nus dici-
tur,

G a Perrè

AD CENSVRAM THEOLOGA-

Porrò tametsi in Synodo Francofordiana adfuerūt Romani Pontificis Legati, Theophilactus & Stephanus Episcopi, vt Auentinus refert, & ipse Pontifex tum cessit synodo, potentiam Caroli reveritus, tamen decretum illud de non adorandis imaginibus, non admodum probauit in scrinio pectoris sui, quod patet ex eo, quod paulò post Caroli mortem, Claudium Taurinensem Episcopum qui Carolo intimus fuerat, ob id ipsum damnauit, q̄ cruces & statuas adorari non passus sit. Puppas igitur suas denuō ornare & colere cœperunt Papæ. Cū ergo Eirænes Pseudosynodum, & similes nobis obijciunt aduersarij, nos eis alias Synodos re&ē iudicantes, Constantinam, Eliberinam, Francofordiensem opponimus: quas si non recipiunt, omisis Synodis, ad Legem & Testimonium prouocamus.

Quia rursus Breidbachium vellicant Aduersarij, q̄ scripsit in Carmine, quod Catechismo præceptoris sui præfixit: Dogmata Christianum sint vana explosa theatro. Respondeo, quandoquidem ipsa idola, Christophori, Georgij, Barbaræ, Catharinae, & aliorum, qui fortassis nunq̄ fuerunt in rerum natura, cōstabilunt, non ex doctrina Prophe-tica & Apostolica, aut Apostolicæ & primi-
tivæ Ecclesiæ, quibus non magis cū idolis con-
uenit,

venit, q̄ luci cum tenebris, aut igni cum aqua,
sed ex Apocryphis historijs, Pseudosynodis,
fabulis & commentis. Quale est, quōd refe-
runt Angelos Romæ in proceßione Grego-
riana, statuæ D. Virginis hymnum Regina
cœli accinuisse, commentum adeò impudens
ut ipsius Papæ Historiographos id pudeat
referre: rectè monet bene institutus Breid-
bachius has vanitates, & hæc mendacia hor-
randas οὐδελομανίας confirmantia, è Chri-
stiādum theatro explodenda esse, & eorum
loco pia & erudita scripta, Christum humani
generis assertorem sincerè monstrantia,
reponenda esse. Dicunt in Lege non ima-
ginū vsum, sed adorationem dūntaxat pro-
hiberi. Cur igitur ipsi applaudunt Pseudo-
synodo, quæ palam profitetur se cultum, qui
viuificæ Trinit. debet, simulachris exhibi-
turam, & qui id facere recusat, anathemati-
zat? Cur litigant cū immerente Monhemio
si imagines iuxta legem neq; adorari neq; co-
li volūt? Intonant rursus anathemata Pseu-
dosynodi: Qui dicunt q̄ Christiani imagi-
nes vt Deos adorant, anathema. Qui vene-
randas imagines idola appellant, anathema.
Ridiculum. Quasi dicant: Qui calumniato-
rem appellat βίαβολος, anathema. Quid e-
nim interest inter idolum & imaginem seu
simulachrum, q̄ illud Græcum vocabulum

G 3 est,

AD CENSVRAM THEOLOGA-
est, hoc Latinū? O crassum & obesæ naris pe-
cus, quod eruditissimos & linguarū peritiſi-
mos viros anathemate percutit. Hierony-
mum in primis, qui illud Psal. 114. τὰ ἵδωλα
τῷ εἰνῶῳ ἀγγύειον vertit, Simulachra gentiū
argentum. Idem illud .i. Ioannis .5. τεκνία
φιλαξατε ἔαυτους τῷ εἰδωλῷ vertit: Filioli,
custodite vos à simulachris. Quare Erasmus
Roterodamus annotans in 8. cap. prioris ad
Corinthios, meritò notat Thomam Aquina-
tem, ineptam differentiam statuentem inter
idolum & simulachrum. Certè, inquit, Am-
brosius nullum nouit discrimen inter idolum
& simulachrum, nec ego ullum video, nisi φ
simulachrum est vox Latina, à simulando di-
cta: Idolon Græca, ab ἕιδος species, φ speci-
em & imaginem inanem præ se ferat, quum
absit veritas. Vnde quę nos spectra vocam⁹,
Græci vocant οἴδωλα. Vide Senecam libri 8.
Epist. ad Luceliū, epist. 59. Nihil nos numinis,
inquiunt, in ligno aut lapide statuimus, sed in
vnum Deum spem omnem nostram & fidu-
tiam collocamus. Itāne spem omnem & fidu-
tiam in Deū collecat, qui manē Christopho-
ri idolum salutans, dicit: Christopheſe fan-
de, virtutes ſunt tibi tantę, Qui te manē vi-
det, nocturno tempore ridet. Nō ita eſt. Du-
cit enim, vt August. ait, & affectu quodam
infimo rapit infirma corda mortalium for-

In Psalm.
113. Sermo
me. 2.

me li.

STRORVM COLON. ACAD.

52

mæ similitudo & membrorum imitata compago. vide locum. Idem : Et idola quidem omni sensu carere quis dubitet ? Verum etiam cum his locantur sedibus honorabili sublimitate, ut a precantibus atque immolantibus attendantur, ipsa similitudine animatorum membrorum atque sensuum, quis insensata & exanimata, afficiunt infirmos animos, ut viure ac spirare videantur, accidente presentim veneratione multitudinis, quanta tantus eis cultus Dei impenditur. Quibus moribidis & pestilentiosis effectibus medetur scriptura Divina: quæ rem quidem notam, sed tamen salubri remedio admonitionis inculcat dicens : Oculos habent, & non vident, &c. Hæc verba enim, quæ magis aperta & populariter vera sunt, eò magis incutiunt salubrem pudorem illis, qui cum talibus simulachris diuinum cum timore cultū exhibent, eaque viuentibus similia venerantes, adorantesque cōuentur, eisque velut presentibus preces alligant. vi etiam immolant, vota persoluunt, sicque affitituntur, ut ea sensu carentia putare non audeant. Haec enus August. Nihil dici potest aptius ad aduersariorum doctos refutandos. In imagine Christi, inquiunt, non lignum vel lapidem, sed Christum venerantur, atque in imaginibus Sanctorum reliquorum, eosdem diuos colimus. Si Christum venerantur, eum

De 6. quæ
ftionibus,
cōtra Pa-
ganos ex-
positis, 3.
quæftionis,

G 4 nos

AD CENSVRAM THEOLOGA-

non obsequuntur Paulo sanctissimè monen-
ti: Quæ sursum sunt quærite , quæ sursum
sunt sapite, vbi Christus est ad dexteram pa-
tris. Si beatos venerantur Cœlites, cur igit-
tur oculos (verbis vtor La&tantij) in cœlum
non attollunt? cur ad parietes, & ligna, & la-
pides potissimum, quam illò spectant, vbi esse
credunt? Ipsi vero curuæ in terras animæ, ut
Persius ait , & cœlestium inanes , ad limula-
chra muta obstupefecunt , & ut canit excellens ille vir : (rum,
lib. instit.
z. cap. 2.

Paulinus

Relligio est quod amat morbus avaricie.
Non nihil honoris accedere putant Sanctis,
si statuæ eorum colantur . An qui se viuos
adorari indignissime tulerunt , contestati se
annuntiare gentibus , ut à vanitatibus istis
conuertantur ad Deum viuum, qui fecit cœ-
lum, & terram, & mare, & omnia quæ in eis
sunt , benefaciens nobis , & implens cibo &
lætitia corda nostra, iij nunc apud Christum,
inanimas & sine sensu effigies in terris co-
li æquo animo ferent? Plotinus Philosophus
teste Porphyrio, acriter indignari ijs solitus
fuit, qui ab ipso petebant, ut pingi se sineret.
Et Sancti Dei corruptibilium corporū suorū
simulachra erigi cupient , & ad cultū prosti-
tuī? Magnū illum Lacedæm Regem Agesi-
laum Xenop. testatur, quantū potuit statuas
recusasse,

recusasse, quum plerique ei gratificari & placere studearent. Nullam enim statuam aut imaginem præstantiorem ipsi erigi posse existimabat, qua tanq; viuum homines ipsum spectarent, quam virtutes & præclaræ actiones quæ ab eius ingenio proficiscicebantur. Præclarè Agesilaus tales enim imagines ipsius propriæ erant, opificum alia, quæ etiam nequissimis propedijs interdum eriguntur, ut de Simone Mago veteres testantur. Eximum scilicet honorem, quem cum teterim Sathanæ mancipijs Sancti communem habent, à sapientibus etiam ethni-
cis repudiatum.

Aust. de
Ciuita.

Sed quid has nugas insector? Vnus profecto Yarro omnes Sophistarum phalanges eruditione & prudentia antecellit, qui testatur etiam antiquos Romanos plusq; annos 170. Deo sine simulachro coluisse. Quod si adhuc, inquit, mansisset, castius Dij obseruarentur. Cuius sententia suę testem adhibet, inter cætera etiam gentem Iudeam, nec dubitat eum locum ita concludere, ut dicat. Qui primi simulachra Deorum populis posuerunt, eos ciuitatibus suis & metu demississe, & errorem addidisse. Vident igitur vel cæci, adulterinam & falsam religionem esse, vbieumq; simulachrorum obtinet cultus

Quamq; multa eorum qui adserunt

G 5 aduersa-

Dei lib.
4.cap.31.

AD CENSVRAM THEOLOGA.

aduersarij in patrocinium idolorū, sūda au-
re præterierim, tamen video me p[ro]lixita-
tem effugerē nō potuisse, quam tamen boni
consulet e[st] quus lector si perpendet statuarū
cultum, non minimam esse partem abusuum
Ecclesiasticorum, ita ut accerimi ita dico; vir
Ioannes Ludouicus Viues in commentarijs
suis ad libros Augustini de ciuitate Dei scri-
pserit se non videre quid sit discriminis in-
ter plerosque Christianos statuas colentes
& Ethnicos sua idola adorantes. Deploant
& hunc abusum Pontificij saniores.

Consyderet autem pius Lector, Quibus
armis & copijs vtrinq[ue] pugnetur. Stant pro
Monhemio Lex Dei Optimi Maximi, quæ
est instar omnium, vates legis interpretes,
doctrina Apostolica veteris Ecclesiæ praxis
& omnes in Ecclesia Dei recte indicantes.
Inter Philosophos etiam doctissimi & sa-
pientissimi quique Pythagoras, Plato, Var-
ro, Seneca, & ejus sarrinæ quamplurimi.

Ex aduerso aduersarij è castris suis pro-
ducunt exercitum eorum qui à lege Dei &
grauitate atque simplicitate sanctæ vetu-
statis descesserunt, vt suos λόγιον, su-
que figmenta sequerentur, eorumque Pleu-
dos synodos, apochriphas Historias, cōmenta
Fabulas, denique Catholicam totius mun-
di amen-

STRORVM COLON, ACAD. 54

di amentiam, stultitiam & superstitionem.
Quapropter omisssis Matæologis audiamus
Deo dilectum Iohannem: Filioli custodi-
te vos à simulachris. Audiamus sanctum
Dei virum Augustinum. Non nobis, inquit,
sit religio humanorum operum cultus, me-
liores enim sunt ipsi Artifices, qui talia fa-
bricantur, quos tamen colere non debe-
mus. Et Deum mentem inuisibilem, pu-
ris mentibus colamus. Sanctorumque eius
fidem, charitatem, patientiam, vitę inno-
centiam, hoc est veras ipsorum imagines,
Pro infirmitatis nostræ modulo exprima-
mus.

QVia in explicatione sexti Præcepti
scripsit Monhemius: Qui se con-
tinere non possunt, Matrimonium
in Domino contrahant, melius est enim nu-
bere quam vri. Aduersarij non possunt non
sumopere veluti impiam hanc detestari sen-
tentiam, quasi Monhemius nihil scilicet a-
gat, quam ut omnibus Sacerdotibus, ac vir-
ginibus, semel Deo dicatis, impudentię ja-
nuam aperiat, ac omnis libidinis faces sub-
ministret, &c. Qui magis, quam ipse Paulus,
cuius verba recitat, ne ḡeu quidem de suo
adijciens. Quis hic rursus non animaduertit
zixandi materiam captasse vitilitigatores?

Atqz

AD CENSVRAM THEOLOGA-

Atque hoc loco postquam concessere , quicquid vspiam de votis in scripturis legerunt, tandem quasi euicta causa & prostrato Mon hemio , insultant: Omnibus hæreticorum phalangibus, ac Demonum omnium præstigijs S. Scripturę authoritatem opponimus . Huius si possunt inviolabilem authoritatem expugnent, adorment tæla, coniungant consilia. Audis Lector horum theomachorum magniloquentiam. Quasi verò cùm scriptura n obis sit certamen , & non cum impuris istis canibus , qui vt Sodomam suam confueant, scripturis abuti non verentur.

Testimonia quę adducunt , ex veteri instrumento desumpta sunt, & huc non pertinent. Non enim cœlibatum Deo voverunt sancti veteris Testamenti, sed scriptura cùm de votis loquitur , exercitia significat gratiarum actionis & pœnitentiae à sanctis usurpata , Quid hæc ad cœlibatum sacerdotum?

Quoniam verò cum tam pugnatibus Sophistis, & qui litigandi occasionem subinde, circumspiciunt, nobis res est , age proponamus istis argutnis Diale&ticis quandam Sillogismum dissoluendum. Sacerdotes qui Dei munere non acceperunt donum castitatis , debent Vxores ducere , aut perpetuō scortandum est illis. Sed paucissimi ex vestro sacrificiorum gregē ex Dei munere habent do-

STRORVM COLON. ACAD. 55

bent donum castitatis. Ergo multo maxima pars vestrorum sacrificiorum sunt perpetui Scortatores. Major est Pauli. Minor probatur ex effectu. Conclusio tenet in Darij, & est verissima in domibus omnium concubiniorū, nam quæ clam fiunt ab istis, turpe sit vel dicere. Vbi nunc aduersariorum magniloquentia? Omnibus Sophistarum phalangibus, ac dæmonium omnium præstigijs hunc syllogismum ex Scriptura desumptum opponimus. Eius robur si possunt infringant, adornent tæla, coniugant consilia.

Hæc ad Monhemij defensionem poterant sufficere, sed quia de voto continentiae tam multa garriunt Matæologi, & tot Patrum testimonia allegant, ut fucum faciant imperitis, & nobis, ut veritas liqueat, altius res repetenda erit.

Impurus ille & misantropos Spiritus, id adèò ab initio studio habuit, ut matrimonium, generis humani fontem, libidinibus conspurcaret, & genus humanum, hoc est, imaginem Dei horrendis fœditatibus deformaret. Quanta fuerit apud ethnicos libidinum confusio, loquuntur Historiæ. Cumque filius Dei suos illos legatos sanctimonie praecones in orbem uniuersum ablegasset, ut sibi Ecclesiam sanctam & immaculatam colligerent: Sathan, ne suis partibus deesset,

varia

AD CENSVRAM THEOLOGA-

varia hæreticorum monstra excitauit , qui plerique in effrenem carnis licentiam & promiscuam Venerem proruebant. Quidam etiam sub spetie continentiae mundum fascinabant, generationem à Sathan a esse dictantes , & à connubijs ut impuris & pollutis abhorrentes. Tales fuerunt infelicia illa propudia , Saturninus, Martion , Tatianus, & hydroparastatæ atque eucratitæ omnes. Horum furorem piè & sapienter refutarunt viri pietate , eruditione & eloquentia præstantissimi Irenæus Lugdunensis Episcopus auditor Policarpi, Thiopholi, Antiochænus Episcopus Clemens Stromatæus , Origenes,

Ecclesia. Eusebius, Emecenus & alij. **Hyſt. lib.** Ecclesiæ Dei Pastoribus superstitiones suas

4.ca. 24 obtrudere conatus est Veterator. Men-

tior ni Dionysius Corinthiorum Episco-
pus, teste Eusebio , monuit Pynitum Gno-
fiorum Episcopum , ne Discipulos grauibus
oneribus oneret, neue fratribus cœlibatum
obtrudat. Gratias agit Pynitus, & petit ut

se porr̄ salubriter instituat. Et in celebre-

rima illa Nicæna Synodo , suggestit Patri-

bus Stygius impostor , Sacerdotibus vñ-

coniugum interdicendum esse , & obtinu-

isset , ni Paphnutius obstitisset, contestatus

honorabile esse sanctis concubium , & tho-

rum immaculatum , Castitatem esse Mari-

ei cum Vxore sua concubitum. Nec esse

Distin-

&ti 3i. ex

Tripat.

Hyſt or.

STRORVM COLON. ACAD. 56

statuenda tam periculosa decreta , quæ pos-
tea aut iplis Sacerdotibus, aut eorum con-
iugibus , occasio turpitudinis existerent,
Memorabile profecto est , tam celebrem Sy-
nodum in Demoniacam superstitionem co-
cessuram fuisse , ni Paphnutius restitisset.
Deinde Paplantij oratio consideranda est,
Quæ & coniugio suam dignitatem vendicat
& decretum de cœlibatu , scortationum oc-
casionem esse docet , sicut eventus postea
comprobauit . Atq; h̄c est ille Paphnutius Distin-
martyr constantia, vitæ sanctimonia, & mi-
raculis clarissimus. 28.30.

Constantino Imperato-
ri ob virtutem charissimus. Huius tam cele-
bris Synodi exemplo, postea & aliæ piæ Sy-
nodi Sathanæ molitionibus aduersatæ sunt,
vt Gangrensis , vt Anchricitana , Constan-
tinopolitana , ea quæ est 6. generalis , cuius Distin-
testimonium, quia est evidens contra obliga-
tionem ad cœlibatum , hue adscribemus: 31.

Quoniam in Romani ordine Canonis esse
cognouimus traditum, eos qui ordinati sunt
Diaconi vel Presbiteri, confiteri, quod non
suis iam copulentur vxoribus, antiquum se-
quentes Canonem Apostolicæ diligentia,
& constitutiones sacerorum virorum, legales
nuptias amodò valere volumus , nullo modo
cum vxoribus suis eorum cōubia dissoluen-
ter, aut priuantes eos familiaritate adinui-
cem in

AD CENSVRAM THEOLOGA-

cem in tempore oportuno. Quicunq; ergo diligens inuentus fuerit in subdiaconali ordinatione, aut diaconali, aut sacerdotali, hinc nullo modo prohibentur ad talem ascenderem gradum pro vxoris sue cohabitatione, nec etiam tempore sua profiteri castitatem cogantur, quod abstinere debeant a legitima vxoris familiaritate. Item oportet eos qui altari ministrant, in tempore oblationis sanctorum continentes esse in omnibus, ut a Deo possint consequi, que simpliciter postulant. Si quis igitur presumperit contra Apostolicos canones, aliquos Presbiterorum & Diaconorum priuare a contractu & communione legalis vxoris sue, deponantur.

Hic obseruandum, hanc sacrosanctam Synodus, diserte & ex professo, sacerdotum coniugium ideo cueri, quod Romanenses Canones vsu coniugum suarum presbiteros prohiberent, & hos Romanos canones cum Apostolicis canonibus & sanctorum viorum constitutionibus pugnare.

Crescebat interea in Ecclesia Dei Monachorum & votariorum numerus, qui apud summos & infimos in maxima fuerunt admiratione, tametsi in plenisq; vitae instituto, humana succumberet fragilitas, sicut ex veterum scriptis ostendere possumus. Itaque pars arcanis obscenitatibus polluebantur, pars in

STRORVM COLON. ACAD.

57

pars in manifestas scortationes erupabant, pars ad ciuratas nuptias refugiebant, quoru connubia patres, quia post votum inibantur, acriter, ut illicita insestabantur, superstitione magis quam pietate. Quanq; hic quoque maxima in eruditissimis & sanctissimis quibusque fuerit *πειρακία*. Cum enim Cyprianus ex literis Pomponij intellexisset sacras virginines humani aliquid passas fuisse, rescribit pistola inter cetera in hunc modum. Intercedendum est cito talibus, ut separarentur, dum separari innocentes possunt, quia diuidi postmodum nostra intercessione non poterunt, posteaquam conscientia grauissima cohærent. Denique quam graues multorum ruinæ hic fieri videmus, & per huiusmodi illicitas & periculosa coniunctiones corrupti plurimas virgines, cum summo animi nostri dolore conspicimus. Quod si se ex fide Christo dicauerunt, pudicè & castè sine villa fabula perseverent, ita fortes & stabiles præmium virginitatis expectent. Si autem perseverare nolunt, vel non possunt, melius est ut nubant, quam in ignem delitijs suis cadant. Vides manifestè hunc sanctum Christi martyrem virginibus Christo dicatis, si in continentie morbo grauiter laborant, coniubiorum remedia indulgere. Nec suo tantum nomine hec scripsit Cyprianus, sed præ

Lib. 1. E:
II.

H sby

AD CENSVRAM THEOLOGA-

obtyterorū quoq; qui proculdubio in senten-
tiam Cypriani , pepib⁹ iuerunt . Considera-
dū etiam quod scribit , tales sacerdotes inter-
cessione non p⁹ se separari , posteaquam gra-
uissima conscientia cohæserint .

Re te itaq; iudicat Gratianus , tantam esse

Disti. 27. vim in sacramento coniugii , quod nec ex
vindicatione voti , dissolui possit ipsum con-
iugium , & citat verba Augustini . Quidam
nubentes post votum , asserunt adulteros
esse , ego autem dico vobis , quod grauiter
peccant qui tales diuident . Augustin⁹ etiam

Epist. 70. scribens Bonifatio Aphricæ comiti . Sed ut
te ad istam vitam non exhorter , coniunx im-
pedimento est , sine cuius consensione , con-
tinenter tibi non licet viuere . Quia et si tu
cam , post illa tua verba Tuba menia ducere
nō debebas , illa tibi rāmen nihil eorum sciens
innocenter & simpliciter nupst . Atque uti-
na n possis ei persuadere continentiam , ut
sine impedimento redderes Deo , quod te
dehinc cognoscis . Sed si cum illa agere non
potes , serua saltēm pudicitiam coniugalem ,
& roga Deum , quī te de necessitatibus eruat
ut quod non potes modo , possis aliquando .
Enī qualis moderatio fuerat in sanctissimis Pa-
trib⁹ , qualis si esset in aduersariis , nulla eis
cum Monhemio foret contentio . Conspica-
tus igitur Sathan multos temere youendo

sibi

sibi meti plis injicere laqueum, nihil prius sibi
agendū duxit, q̄ vt hunc laqueum toti Sacer-
dotum ordini indueret, vt & vouchendi tem-
ritate innumerās animas in exitium precipi-
taret, & impurato hoc ordine, qui cæteris
forma & exemplar esse debet, totam Eccle-
siam libidinibus & schandalis deformaret.
Primi autem hūc demoniacæ superstitioni
cesserunt Romani præfules, & cælibatum, Lib. i. E. pistola ii.
primum urbis Romæ, deinde Italicis, paula-
tim aut̄ exterarum quoq; prouinciarum pre-
sbyteris imposuerunt, & ad ingentem atq;
horribilem Ecclesiæ ruinam traxerunt, vt
c quoque sit illud Romani Prudentiani
epiphonema:

Miseret tuorum me sacrorum & principū,
Morumque Roma sœculi summum caput.
Aiunt S. Antoniū aliquando vidisse cir-
ca altare Domini multorum multitudinem,
calcibus omnia dissipantes sacra, & conturba-
tum hac visione sanctum virum. Deumq; se-
rio orantem vt tales pestem auerteret, vo-
cem audisse cœlitus: Abominabitur altare
meum. Hoc multi de Arrianis interpretati
sunt, qui post bienniū Ecclesiæ cædibus pol-
luissent. Sed quanq; tunc horum hereticorū
truculentiam horruerint orthodoxi, tñ alta-
re Dñi propterea abominari non potuerūt.
Quare mihi veri⁹ hēc imago designare vide-
tur, heliogobalos istos cælibatū p̄fessos, qui &

AD CENSVRAM THEOLOGA-

mulorum naturam liquido exprimunt , & sacra omnia prophanarunt , adeò ut etiam altare Domini prorsus abominabile fecerint . Plinius natural Hist : lib. 8. cap. 44. tribuit mulis eximias in laboribus vires, sterilitatem , viuacitatem , lentam senectutem . Refert igitur mulus Monachorum & sacrificiorum cœlibum imaginem . Animal enim viribus in laboribus eximium , iugum significat cœlibatus , & traditionū superstitionū onus Aethna grauius , quod isti muli in se recipiunt . Idem cœlibatus re spondet iumenti sterilitati , conuenit & viuacitas . Nam cum in otio & tranquillitate vivant sacrificuli & monachi , omnibus militib⁹ , aratorib⁹ & opificib⁹ duriter scilicet vietū queritantib⁹ , fūt anno siiores . Aperte quadrat & lenta iumenti senectus . Aliut enim decennio ante senectam tarditatis intolerabilis esse . Sic & sacrificuli , postquam beneficijs Ecclesiasticis abundè vietę suę prospexerunt , iuxta proverbiū Dexippi ab Athenaeo citatum , ut mulus vetulus à laboribus libertatem sibi vendicant . Isti ergo muli , dum calcibus suis omnia sacra dissipant , altare Domini abominabile faciunt . Piæ enim mentes , idololatricas Missas , quæ in aris cubicis à iumentis istis fiunt , carnifice & carcere , imo & morte peius abominantur . Porro tametsi Romani Pontifices

STRORVM COLON. ACAD. 59

maturè cœlibatum sacerdotum receperunt,
& prouintijs omaibus odtrudere lagerūt,
tamen ægerrimè eum receperunt exterç na-
tiones , permotç veterum Synodorum de-
cretis , & Apostolicç Ecclesiç authoritate.
Dispicuit bonis omnibus diabolica super-
sticio. Videbant hanc iniustum. legem omnis
honestatis perniciem esse & exitium , dete-
stabantur hypocrisin , quod multis testimo-
niis ostendere possumus.

Saluianus Massiliensis Episcopus , vir cru-
ditus & pius lib.5. de Prouidentia Dei: No-
num prorsus, inquit , est conuersionis genus.
Licita non faciunt, illicita cōmittunt. Tem-
perant à coniugio , & non temperant à ra-
pina. Quid agis stulta persuasio? Peccata in-
terdixit Deus, non matrimonia. Non conue-
niunt studiis vestris facta vœstra. Non debe-
tis esse amici criminum , qui dicitis vos esse
effectores virtutum. Preposterum est quod
agitis. Non est conuersio , sed auersio. Qui
iam pridem ut fama est , opus honesti matri-
monii reliquistis , tandem à scelere cessate.

Fuerunt & Syritio Papæ cum Tarraco-
nensi Episcopo , aliisque Hispanis Sacerdo-
tibus certamina de coniugio , cùm & illi ius
coniugii Sacerdotum tuerentur.

Restitit etiam Sanctus Vdalricus Augu-
stanus Episcopus Papæ , promouenti coeli-

H 3 batum

AD CENSVRAM THEOLOGA-

batum. Extat Epistoleius ad Nicolaum Pontificem, admodum grauis & pia. In qua acer-
timè reprehendit Nicolaum, & impurū hūc
cœlibatum tam tetris verbis depingit, vt à
pia mente legi non possit, quin horrore per-
fundatur, Coniugium sacerdotum cœgiē
defendit. Citat in hac Epistola Vdalicus li-
brum, cui titulus regula Clericorum, cuius
scriptor sacris literis consentiens præcep-
tit, vt Clericus vel pudicus sit, vel vni matri-
monio fœderatus: quasi vtrungspium, Deoqz
placens sit.

Sed omnium diutissimè Galliarum, Brit-
tanię & Germanię Sacerdotes, vestigiis
sanctę vetustatis insistentes, demoni acæ su-
perstitioni obluctati sunt. Sisque constat
ex hystoriis, demum ante 400. annos erexit
fuisse Germanorū sacerdotibus coniugium.

Estque hoc fatale Germaniæ nostræ, nati-
oni masculæ, quod Romanenium Cynado-
rum coniugium & postrema recepit & pri-
ma proiecit.

Quantas autem & quam exitiales turbas
in Germania dederit Tartareum illud mon-
strum Hellebrandt monachus, qui fuit in
Pontificatu Gregorius septimus, & primus
Iegem cœlibatus huic nationi imposuit, te-
frantur hystorici, Hirsfeldensis, Gemblafensis
Nauclerus & alij.

Dis

Disertè verò Auentinus: Sacerdotes, inquit, illa tempestate publicas vxores sicuti cateri Christiani habebant, filios procreabant: sicuti in instrumentis donationum, qui illis templis, mystis, monachos fecerit, ubi hæ nominatim cum coniugibus testes citantur, & honesto vocabulo presbyteris & non cuperunt inuenio. Refert idem Auentinus, in urbe Vangionum, concilium suisse coactum cui omnes Callix & Germania Episcopi preter axones inter fuerint, in eo concilio Hel lebrandum, teter: imorum criminum reum abdicandum decernunt. Atque inter cetera: Monachus deseritor est, inquit, nouis dogmatibus sacrosanctam Philosophiam adulterat, diuinæ literæ falso interpretando suæ cause seruire cogit, concordiam collegij scindit, sacra, profana, diuina, humana, commiscet, utrumque iuxta poluit Diabolus, hoc hoc est acerbissimum hostium spurcissimis criminibus iniquorum maledictis autem accommodat & credit. Testis, judex, accusator, inimicus, idem est, Maritos ab uxoriis separat, scorta per dictis coniugibus: supra, incestus, adulteria, casto presentem connubio: populares aduersus sacerdotes vulgum aduersus Episcopos concitat, &c.

Et quanq; Italie quoq; Episcopi cōuentū Ticensi acto, huic decreto subscripserit, tñ Helle

AD CENSVRAM THEOLOGA-

brand⁹ nouos & pernitiosissimos mot⁹ ciere
nō destitit, donec tandem obtinuisse super
stitione. Hincq; occasione arrepta, inquit A-
uentinus, multi falsi Prophetę nebulaſ offun-
dunt fabulis, miraculis (exempla vocant) à
veritate plebem Christi auertunt: facias li-
teras interpretando, suo negotio seruire co-
gunt. Porro paucissimis Veneri bellum in-
dicentibus, quib⁹ dam castitatem iactantę,
quæſtus ergo ſimulantibus, maxima pars sub
honesto castimonię nomine stupra, incestus,
adulteria, pafsim & impunē committunt.
Alii verbis quidem ambitus crimen abomi-
nantur, sed plus auri ſub magna pietatis fa-
perficie, dum ſe gratis dare cuncta iactant,
corrasere, plurisque ſacra venundedere.

En cui debeamus has ſœdas religionis cor-
ruptelas, quæ etiam num hodie obtinent,
quas impostares Theologastri ſub plausibili
Catholicę Eccleſiæ titulo fucant, & sim-
plicibus venditant.

Displicuit tamen bonis omnib⁹ recepta ſu-
perſtitio, nec diu ſe reprimere potuit, quin
ni flagitia eruperet, & ſe turpem daret hy-
pocritis. Et poſtem hoc loco Durandi & alio-
rum recitare testimonia, ſed malo adducere
Baptistæ Mantuani non minus docti quam
religiſi poetae carmina. Hic enim de P. Hi-
lario Pictoriorum Episcopo canit:

In te

STRORVM COLON. ACAD. 61

Integritas uite, legum prudentia, cultus
Cœlrium, tutela in opum, diadema, pedumq;
Pictauense tibi, dum nil mortalia curas,
Dum uiuis tibi sorte tua contentus, & omne
Ambitio procul, populo applaudente tulerunt.
Legitimo coniuncta thoro, non horruit illa
Tempestate Deus thalamos, cunabula, tædas.
Sola erat in pretio, quæ nunc incognita uirtus
Sordet, ex attrito uiuit cum plebe cucullo.
Propterea leges, quæ sunt connubia contra,
Esse malas quidā perhibent. Prudentia patrum
Non satis aduertit, dicunt, quid ferre recusat,
Quid ualeat natura pati. Ceruicibus, atunt,
Hoc insuaue iugum nostris imponere Christus
Noluit. Istud onus, quod adhuc q̄ plurima mon
Fecit, ab audaci dicunt pietate repertum. (stra
Tutius esse uolunt, qua lex diuina sinebat
Iſe uia, ueterumq; sequi uestigia patrum,
Quorum uita fuit melior cum coniuge, q̄ nunc
Nostra sit exclusis thalamis & coniugis usu.

Nec est, quod tantopere votum uirgeant
Aduersarij, postquam inspecti formula iu
ramenti, quod præstare coguntur initian
di, nihil minus ciurant, quam connubium.
Hæc enim, aut similis formula eis proponi
tur: Promitto me vietum secundum Ca
nones pro posse & nosse. Ita me Deus iu
uet. Duo excipiuntur, Ignorantia & Imbe
cillitas, quibus certè nō scortatione aut con
-

AD CENSVRAM THEOLOGA-
cubinatu, sed eo remedio succurrendum est,
quod Spiritus Dei in Scripturis indicat.

Sed audiamus hac de re testimoniū Thomae Aquinatis, tantæ apud Aduersarios authoritatis viri: Si autem Acolytus, inquit, in secreta confessione ad discretum Sacerdotem veniat, & se nullo modo continere posse dicat, non multum peccat Sacerdos, dando ei consilium, ut cum aliqua occuli matrimonium contrahat, & occulte sui Episcopi oculos fallat. Minus enim credimus esse peccatum, beneficium cum occulto et non iusti retinere, quam fornicariam contra diuinam prohibitionem habere. Si vero postea ad sacras ordines a suis prælatis cogatur accedere, credimus minus esse peccatum uxori vti, quam cum alia fornicari, si ex toto noluerit continere. Hæc eximius ille & sanctus vel aduersarius in iudicio docto. Quid de voto disputant aduersarij? Si volunt experiri quales habeant votarios, tollant iniquam obligationem, sit liberum initiandis vouere, vel non vouere, & ex mille votarijs vix unus erit reliquis. Est igitur coactū illud votum, & ab iniuris extortum. Num extorqueri potest castitas? Integritas corporis expetenda a nobis est, inquit Ambrosius, quam ego pro consilio suæco, non a imperio praæcipio. Sola enim virginitas est, quæ suaderi potest, impediari non potest: res magis voti quam præ-

STRORVM COLON. ACAD. 62

cepti est. Tot iam seculis deplorant anima-
rum exitium & Ecclesie & lucem docti & p[ro]ij vi-
ni, & peccato[s]am legem tolli optant, sicut
bonus Medicus tollit medicinam, quam expe-
rientia magistra potius officere q[uo]d proficere
didicit. Flagitiosa est prosector & graui ani-
maduert one digna aduersariorum durities
qua diabolicalam legem defendit, & nihil tot
animalium periculis commouetur. It nocen-
tius Terentius de vita & honestate Clericoru[m]
scribens: Cui secundu[m] regionis su[er] morem,
inquit, no[n] abdicarunt copulam coniugalem,
si lapidi fuerint grauius puniantur, cum legi-
timo matrimonio uti possint. Recepit Innoc.
Sed qua p[re]cna digni sunt, qui cum spucissime
vivant, iniquam tamen obligationem ad coelibatu[m]
defendere non dubitant. Ego si Princeps
terræ essem, eos qui coelibatu[m] defendant, si
flagitiosè viverent, arripi & in proximu[m] flu-
men abiisci iuberem, ut haec seueritate teme-
ritatem eoru[m] conspicerem, & expergeface-
rem securitatem, ut Deo illudere dedilce-
rent propudia. Quotidie aiunt sacerdoti-
bus nostris sacris operandum est, ideo perpe-
tuò continere debent. Nugae. Habuit in hoc
ordine vetus Ecclesia tot præstantes viros,
eruditione & vitæ sanctimonia claros, qui
& coniugio vli sunt, & Ecclesiis præfuerunt
longè melius, quam istorum coelibes, qui
sunt, ut in Epistolis suis canit Horatius,

AD CENSVRAM THEOLOGA-

Introrsum turpes, spetiosi pelle de ora.

Hęc ad tetricam illam aduersariorum de cœlibatu & votis orationem resposa sunt. Verū quid de his rebus cū Monhemio litigant? Etenim ille votarios eorum ad connubia non cogit, ac ne hoīatur quidem, tantum cū Paulo in continentum in becillitatem coniugij honestate excipit. Quid ea rē peccatum est? Instituant ipsi ad continentiam sacrificulos suos, Monachos & Nonnas, libarent Ecclesiam hac, qua plurimum detur patitur, labe tot concubinariorū, hoc cœno tot flagitiosorū cœlibum, taceo grauiora. Dent Ecclesię eunuchos verè Euangelicos, & aplausorem habebunt Monhemium, tantum abest, ut aduersarium experturisint.

In explicationem 7. Præcepti sic scribunt Censores: Consultius fuisset maiorum verenda tegere, q̄ omnibus inspicienda atque videnda exponere. Hoc enim nihil aliud est, quam frigidam, quod aiunt, suffundere, & populum alioqui obstreperum aduersus Sacerdotes vniuersos concitat.

Atqui nullius nōmen proscindit Monhemius, nullius occultum facinus propalat, & subsannandum propinat: tantum in genere docet, furtum eos committere, qui Missas, peccatorum remissionem, animarum ē purgatorio liberationem pretio vendūt. Hoc

cinc

cine est maiorum verenda detegere? Nunquid iuxta proverbiū, Fures clamorem? Perinde quasi mœcha quæpiam ignominia se affestam quiritetur, & audierit aliquem docentem adulterium esse turpisimum scelus. Si sententia Chami filij Noe damnandā sunt, quotquot istius ordinis vitia reprehendunt, iam maledictionem incurrit omnes, qui huic generi pœnitentiam prædicare audiabant. Sed legant ipsi quinqu illos S. Bernardi ad Eugenium libros, & verenda maiorum suorum egregiè nudata agnoscent. Quanto rectius monerent suos, ut sollicitè cauerent, ne cuiuspiam iustum reprehensionem incurriterent.

Oblique notant & Gymnasiū Dusseldorpense, quasi ibi juuentus hæresibus imbuta nec Deū, nec Sanctos, nec suos denique revereatur præceptores. Sed quicqunqu garriant liuidæ corniculæ, res ipsa ostendit Gymnasiū illud ab Illustriss: Prin: erexit, plures pietate, morib: literis ornatos dare, quod omnia alia in hac vicinia. Ridiculum vero, quod saginae suæ tam temerè metuunt porci. Sed ego his quisquilijs nō immoror, ne aduersariorū more, rixandi materiam circumspicere videar.

Quæ dicunt in expositionem ultimi Præcepti, supra copiose confutata sunt. Nam quod de Conciliis Euangelicis garriunt,

Ma-

AD CENSVRAM THEOLOGA-

Matth. 5 Matæologicon est, & verbis Christi contra^z stus, non consilia, quorum qui soluerit vel minimum, & sic homines docuerit, minimus sit habendus in regno cœlorum. Qua ppter iustitiam à suis requirit Pharisæica seu Ma- tæologica ampliorem, si velint intrare in regnum cœlorum.

In Quarto Dialogo, in Fidei explicatio- ne, non eam sequi Monhemium do^rtrinam calumniantur, quam à veteribus adeoque ab ipsis Apostolis hausimus. Sed quam nouita- tis omnis studiosi cōtra Christi sanctorum que omnium institutionem, non ita pridem commenti sunt. Sed quām impudens sit hæc calumnia, contextus declarabit.

Postea Catholicam de fide do^rtrinam ex- plicaturi, postq bellè suam cantionculam exorsæ sunt hirundines, mox ad inane fidei simulachrum, quod sine spe, sine charitate esse possit, diuoluuntur, vt huc aptissimè quadret illud Aristophanis :

In Rani^s Ἐπιφάνιος ταῦτ' εἰσι μέσωμάται
χελιδονίων μουσῆα λαβόται τέχνης.

Nos non ignoramus Iacobum indei mor- tue meminiſſe, quæ bonis operibus destitu- ta sit. Sed ea cūm mortua sit, hoc est, ignaua- duntaxat veritatis apprehensio, non magis

veræ.

verę fidei naturam refert, quām cadauer ho-
minis viui. Paulus eandem si etiam appella-
uit, quae cūm si&a sit, vera non est, quemad-
modum Minium in comedia personam A-
gamennonis sustinentem, verum regem di-
cere non possumus.

Bella scilicet est istorū fidei in formata m
& informem distin&ctio, quæ cūm tantopere
aduersariis arrideat, nobis excutienda ve-
nit. Primò, dicimus p̄tidos istos Sophistas
frustra in Aristotele consenescere, cūm tan-
tum ex Philosophia nondum didicerint, vt
intelligant vnam qualitatem alterius for-
matam esse non posse. Arist. lib. 6. Ethic ca. 13.
docet prudenti: ceteras virtutes morales
connecti, sicut & sapientiæ quę intellectua-
les vocantur adh̄erent. At quis vnq; alias vir-
tutes mentis formas dixit esse sapientiæ, aut
morum prudentiæ? Quare neq; spes, neque
charitas forma fidei poterit appellari, quę
est, vt Chrysostomus ait. pr̄cipua animi vir-
tus, quę non ambigit, & ceteras regere de-
bet. Et in fide Christianorum sapientiam po-
sita n̄ esse, nemini dubium esse reor. Pre-
terea cūm forma iuxta rationem naturę suę
sit principium actionis, fides enim ex senten-
cia Ambrosij de Vocatione Gent: capite 8.
genitrix sit bonę voluntatis, & iuste actionis,
quomodo charitas erga fidem rationem
formę

In Titū,
Hom. 3.

AD CENSVRAM THEOLOGA-

formæ obtinebit? Deinde materia formæ obsequitur, ab illa contrahitur & continetur, ut cum opifex ex trunco facit statuam, illa declinatio & expolitio ligni dat formam statuæ, sed non sit è diuerso. At qui charitas fidei obsequitur, exorbitatura, ni ab illa regatur. Quicquid enim rectè diligimus. fide cognoscimus diligendum. Sicut pulchre docet Augustinus de Doctrina Christiana: Porro fide titubante, inquit, charitas quoque ipsa languescit. Nam si à fide quisq; ceciderit, a charitate etiam necesse est cadat. Nō potest enim diligere, quod non credit. Sic ille. Certè in natura videmus amorem sequi inditum partis cognoscentis.

Ad hæc, cum charitas filia sit fidei, quomodo erit eius forma? Porro ex fide gigni charitatem, nemini dubium est. Ostendimus ex Ambrosio, Fidem genitricem esse bonæ voluntatis & iuste actionis. Declarat idem In Eze- S. Gregorii sententia: Tantum in hac vi- chielem, ta amamus, quantum credimus. Et Augusti- hom. 22, nus: lib. Confession. capi 6. Domine amo te, inquit, Percusisti cor meum verbo tuo, & amavi te. At verbum Dei non nisi fide recipitur. Et Augustinus in Ioannem, Credere in Christū docet esse, credendo ama re, credendo in illum ire, ut membrum eius sis. Concinit Sanctiss, Patribus & Regius Pro-

STRORVM COLON. ACAD. 75

Propheta: Credidi, propter quod loquutus sum. Liquet igitur ex fide confessionem & opera bona prodire. Manifestissime vero omnium Paulus, primæ Timothi. i. Charitas, inquit, de corde puro, conscientia bona, & fide non ficta. Audis charitatem ex puro corde, conscientia bona, & fide non ficta procedere? Cordis autem mundatricem esse nemini dubium est, & ex eadem pacem conscientiae existere D. Paulus docet Romanorum tertio: Iustificati fide pacem habemus erga Deum. Fides igitur puri cordis, conscientiae bonæ, & charitatis mater est: sine qua impura, conturbata & iniqua sunt omnia. Quid quod ratio idem suadet! Etenim, si quis egregia erga nos sit voluntate, tu & facultate ad nos iuuandum eximia, tunc certè eo maiore obseruantia, studio, amore colimus, quo magis de eius benevolentia erga nos, & beneficentia persuasi sumus. Cum ergo fide Deum, ut summum bonum apprehendamus, potentem, sapientem, & nostri amantissimum, qui filium suum pro nobis dederit in mortem, ut per eum peccatis absoluueremur, iustificaremur, glorificaremur, æternumque vivemus, quomodo non eundem summo amore, summa veneratione, & (ut ita dicam) deuotione completemur, suspiciemus, &

I deme-

AD CENSVRAM THEOLOGA- demerebinnur.

Euicimus iam è Scriptura , Patribus , & ratione charitatem non esse fidei formam . Hallucinatus est igitur Thomas Aquinas tanti nominis Doctor , & istis miseris Theologastris erroris ansam præbuit .

Sed dicent Aduersarij : Quum per dilectionem operetur , eam loco formæ habebit . Diximus suprà , vnam qualitatem alterius formam esse non posse . Nam si Forma erit , per quod quippiam operatur , iam calamus forma erit Scribæ , quod per eū scribat : arma forma erunt militis , quod per ea certet : corpus erit forma animæ , quod per corpus agat . Diximus etiam prudentiam operari per alias virtutes , quæ tamen eius formæ non censemur .

Obijciunt Charitatem propterea rationem formæ obtinere , quod finis sit Præcepti , qua iustus , sit quicunque iustus est .

Verum , si hoc Argumentum valere debet , & nos euincemus , Fidem esse formam aliarum virtutum , quum Apostolus Christi Paulus dicat : Omne , quod non est ex fide , peccatum est . Ex qua sententia Diuus Augustinus , & alij Patres sanctissimi docuerunt omnia infidelium opera esse peccata , ut super à nobis ostensum est . Sed desino spaciosem hanc disputationem persequi .

Scire

STRORVM COLON. ACAD. 66

Scire autem te volo candide Lector, nos nequaquam amare rixas aut logomachias, Libenter concederemus Matæologis nostris suam loquendi consuetudinem, vt ipsi fidei formatam dicereant, quam nos secundum Scripturas viuam, secundum Patres Euangelicam, veram, Christi, gratiæ, promissionis dicimus. Rursus informem illi, quam nos iuxta Christum Iesum temporariam, iuxta Apostolum Paulum fidam, iuxta Iacobum mortuam, secundum Patres inanem & sterilem appellamus.

Sed longam telam nostri texunt Aduersarij: Nihil agunt simpliciter, nihil candide: Vafre, perplexe, ac Sophisticè omnia. Informi suæ fidei naturam veræ fidei tribuunt. Postea in reprobis veram fidem inesse contendunt. Demum negant soli fidei remissionem peccatorum, iustificationem, vitam æternam adscribendam esse, vt Domini nostri Christi Iesu gloriam obscurent, eamque in nostram charitatem, nostras virtutes, bona opera & merita deriuent. Nobis igitur, vt Christi Liberatoris nostri gloriam asseramus, vtque veritati patrocinemur, reclamandum fuit, atque ostendendum eam, quæ ipsis tantopere placet, fidei diuisionem, parum Magistram, ineptam, atq; impro priam. Concinane

AD CENSVRAM THEOLOGA-

& fidem specialem aduersarij. In genere statuunt credendum esse : Beati , quorum remissæ sunt iniquitates : non tamen in specie , Ego credo mihi remissa esse peccata . Quare palam contradicunt professioni Symboli Apostolici : Credo remissionem peccatorum . Et postea calumniantur imme-
xentem Monhemium , quasi is fidem iudicij & gehennæ eleuet.

Quia vero tres sibi propositiones ex ver-
bis Monhemij , ut ipsi volunt exceptas , op-
pugnandas proponunt : nos quoque in de-
fensione Optimi & Innocentissimi viri , i-
psorum filum sequemur.

Prima propositio est : Fidem esse cer-
tam persuasionem benevolentiae Dei , &
vnumquemque debere sibi certò persuade-
re , Deum fore perpetuum , neque de æternâ
vita esse ambigendū.

Hanc propositionem impugnaturi Ad-
uersarij : Quis vñquam , inquit , ita de
Fide differuit , vt ad eam referendam pu-
gauerit certi cuiusdam priuati hominis salu-
gem ?

O prodigiosam Sophistarum vanitatem !
Nonne Christus sa lntem promisit omni cre-
denti , & in Christi Iesu nomen Baptizato ?
Nonne singuli Christiani Baptismi Sacra-
mento

mento initiantur? Nonne à singulis confessio fidei ad salutem requiritur? Nonne in Cœna singuli corpore & sanguine Christi ad vitam æternam pascuntur? Nonne singuli pœnitentes à peccatis suis absoluuntur? Vanè nimirum & friuolè hæc omnia in Ecclesia Dei exhibentur, si non singuli de salute sua persuasissimi esse debeant.

Et quorsum quæso, spætant hæ dulcissimæ Iesu Christi voces, & consolationis plenissimæ? Confide fili, remittuntur tibi peccata tua. Item: O mulier, magna est fides tua, fiat tibi sicut vis. Item: Fides tua saluam te fecit: Vade in pace.

Profectò, quum Christus omni Creaturæ, omnibus & singulis hominibus Euangelium prædicari mandet, vt credamus iubeat, credentibus vitam æternam addicat, furor est contendere in Ecclesia, in qua vox Euangeli sonat, neminem de reconciliacione & iustificatione sui certum esse.

Si inter spem & metum perpetuò iustandum nobis est, cur ab omnibus & singulis exigatur hæc professio: Credo remissionem peccatorum? An de alijs hanc credere iubemur, de nostra ipsorum salute hæsitantes? Sicuti Dæmones ipsi in Ecclesia Dei remitti peccata credunt? Nequaquam. Nos ipsi beneficium Filij Dei fide accipere

I 3 iube-

AD CENSVRAM THEOI CGA-

subemur , eiisque pacatis conscientijs gratias agere . Sicut pulchre ostendit sanctissimus Augustinus , libri secundi Confessionum capite septimo : Gratiae tuae , inquit , deputo , & misericordiae tuae , quod peccata mea tanquam glaciem soluisti : Gratiae tuae deputo & quæcunque non feci mala . Quid enim non facere potui , qui etiam gratuitum faciens , amavi ? Et omnia mihi dimissa esse factior , & quæ mea sponte feci mala , & quæ te duce non feci , hæc August . An de iustificatione sui dubitat , qui peccata sua in glaciem soluta esse grata mente prædicat ? qui omnia dimissa fatetur ? Certè mens fluorans , ut constanter remissa sibi esse peccata non fatebitur , ita ad ardenter gratarum actionem malè erit composita .

Præclarè etiam Diuus Bernardus in Sermone de Annunciatione : Necesse est , inquit , primò omnium credere , quod remissionem peccatorum habere non possis , nisi per indulgentiam Dei , sed adde , ut credas & hoc , quod per ipsum tibi peccata donantur . Hoc est testimonium , quod prohibet Spiritus Sanctus in corde tuo , dicens : Dimissa sunt tibi peccata tua . Hæc ille , vel Aduersariorum iudicio fecidit & Bernardus . Disertè ait , Spiritum San-

STRORVM COLON. ACAD. 68

Sanctum testari in cordibus fidelium, Tibi
dimissa sunt peccata. Vbi nunc Aduersa-
riorum nostrorum σωμάτια, Fidem non
esse istorum pronuntiatorum: Ego ad vi-
tamingrediar, aut: Mihi peccata remissa
sunt.

Sed audiamus Aduersarios, χύτης λε-
πόντες, ut est in Proverbio. Citant nun-
quam Theologastris intellectum Ecclesia-
sten, capite nono: Nescit homo, vtrum a-
more vel odio dignus sit, sed omnia in fu-
turum feruantur incerta: eoque vniuersa
et quæ enenunt iusto & impio, bono & ma-
lo, immolanti victimas & sacrificia con-
temnenti. Sicut bonus, sic & peccator: ve
periurus, & ille qui verum deierat. Satis
manifestè fese declarauerat Salomon, nisi
in has Saturnias Lemmas incidisset. Certum
est placere Deo & recipi propter Filium, eos
qui conuertuntur. Neque hoc in dubium
vocat Salomon. Non enim id vult dice-
re: Eandem esse rationem apud Deum bo-
norum & malorum, peccatorum & iusto-
rum. Imò sapientissimè præcipit de Do-
&rina & Pietate non esse iudicandum ex
euentibus externis & ærumnis: Ut si tu La-
zarus mendicum hominem impium & Deo
ignis iudices, eò qærumnosus est: Rur-

AD CENSVRAM THEOLOGA-
fus diuitem virum pium & Deo charum ,
quod delicijs affuit . Hic coarguit te Salo-
mon : Temerè , inquit , pronuncias , quan-
do omnia hæc incerta sunt , & boni iuxta
ac mali , iusti æquè ac iniusti ærumnis im-
plicantur : Neque ex hac extrema rerum
facie quicquam certi pronunciari potest .
Atque hanc sententiam liquidò declarat
Hæbræus textus , quem non satis commodè
reddidit Latinus interpres . Declarant &
verba , quæ subjicit : Hoc est pessimum , in-
quit , inter omnia , quæ sub sole sunt , quod
eadem cunctis eueniunt . Vnde & corda
filiorum hominum implentur malitia , &
contemptu in vita sua . Deplorat Sapiens
hic vir , ut summum malum hanc tristem re-
rum humanarum confusionem . Improbis
enim , quum bonos quoque calamitatibus
obrui videant , hinc in malitia & nequitia
sua confirmantur , quod vanum omnem cul-
tum Dei , & reætitudinis studium existi-
ment , neq; Dei prouidentiam humanarum
rerum cura tangi . Sic experientia quoque
docet .

Optandum esset , istos Theologastros sa-
cras literas exædiüs discere , priusquam ad
aliorum scripta notanda procederent .

Proferunt deinde aduersarij cōtra Fidem
specialem , aliquot scripturæ testimonia iu-
stificare

STRORVM COLON. ACAD. 69

flitię humanę fidutię euententia. Ut sunt,
Nihil mihi conscientia sum, at non in hoc iusti-
ficatus sum. Item quis potest dicere mun-
dum est cor meum? purus sum à peccato?
Item: Si lotæ fuerint quasi mundissimæ ma-
nus meæ, tum sordibus intinges me, & simi-
lia. Postea quasi euicta causa exclamant. O
miram vestram impudentiam, o procacem
temeritatem, qui totam ætatem in perver-
tendis pijs fidelibus ita miserè transmittitis,
&c. Nos verò quia extra oleas currunt Ma-
ræologi, Aristophanis voce eos reuocamus,
Ἄνδρος ἀγεώτερος Εὐτός δίσκη τῷ πλανητῷ. In ranis
Etenim nequaq; in nostra innocentia secu-
ritatem querimus. Dicimus & nos cum Au-
gustino, Deus meus cui quotidie confitetur
conscientia mea, spe misericordiæ tuæ secu-
rior, q; innocentia sua. Infirmos nos, lan-
guidos, saucios, immundos confitemur co-
ram Deo, coram Angelis, coram omnibus
hominibus, an idcirco nullam nobis restare
securitatem putant. Audiant igitur Eterni In Canticum
dum. Et reuerà vbi tuta firmaque infirmis sermo 6.
requies, nisi in vulneribus Saluatoris, tanto
illis securior habita, quanto ille potentior
est ad saluandum. Fremit mundus, premit
corpus, Diabolus insidiatur, nō cado, funda-
tus enim sum supra firmam petram. Peccati
peccatum grande, turbatur conscientia, sed

I 5 non per

lib. con-
fes. cap 3.

AD CENSVRAM THEOLOGA-

nō perturbabitur, quoniam vulnerū Domini recordabor. Nempe vulneratus est propter infirmitates nostras. Quid tam ad mortem, quod non Christi morte saluetur? Si ergo in mentem venerit tam potens tamq; efficax medicamentum, nulla iam possum morbi malignitate terrori. Et ideo liquet erat si eum qui ait. Maior est iniquitas mea quam ut veniam merear, nisi quod non erat de membris Christi, nec pertinebat ad eum de Christi merito, ut suū si sumeret, suum dicaret quod illius esset, tanq; rem capitum membrum. Ego vero fidenter dico, quod ex me mihi deest, usurpo mihi ex uisceribus Domini, quoniam misericordia affluuit, nec defuncta foramina per quę effluant. Foderunt manus eius & pedes, latusq; lancea forauerunt, & per has rimas licet mihi sugere mel de petra, oleumq; de saxo durissimo, id est gustare & videre, quoniam suavis est Dominus, hęc ille. Quę quidem toto Euangelio docentur clarissimè. Ex quo nimirum scimus, si quis peccaverit, aduocatū nos habere apud Patrem Iesum Christum iustum, & hunc esse p: opitiationem pro peccatis nostris, qui fidelis & iustus est, vt peccata nobis dum ea confitebimus remittat, & purgat nos ab omni iniustitia Nihil ergo peccam⁹ q; christianis hominib; securitatem de vita æterna pollicemur, & siue causa tam atrociter exclamant aduersus

STRUCTRVM COLON. ACAD. 70

satii, audisti inquit sacrae scripturae sententias conuincere neminem certum esse decepta iam iusticia, ex quo consequitur neque quemque sibi de aeterna vita tangere certo promissa blandiri, quia nisi iusto datur nemini.

Respondemus nobis iusticiam veniam in Christo donatam esse, eam dum amplectimur fide, aeterna vita nobis non solu promissa, sed & addicta est, iuxta clarissimam & inauissimam Euang. vocem, Qui credit in filio Dei, habet vitam aeternam. Adversarij ostensu: inquit ridicula haec salutis suae persuasio, odiosam hoc loco colationem instituit inter Calvinianos, sic enim sibi loqui permittit. Luteranos & Anab. queritur apud quoniam illorum haec fidei certitudo de qua disputatur, inuestiganda sit. Virus suum euomunt aduersarij. Non nouit sectas Christiana simplicitas. Pastoris sui vocem audiunt ouiculae Christi, eamque tuto sequuntur. Sed age regeramus aduersarijs aliquid quod magis ad rem de qua agitur pertineat. De fide nobis cum aduersarijs disputatio est, hanc ipsi malis & facinorosis hominibus attribuere non dubitant, Jacobus vero Sadoletus eximiū Pontificiae factionis decus, Sine firma inquit spe atque fiducia in summum Deum fides vera non est. rursus: Nos inquit qui scripturarum more loquimur, fidem Christi quam pronunciamus,

in ymo

AD CENSVRAM THEOLOGA-

in vno hoc verbo totum id intelligimus,
quod est credere Deo , & Christo, illiq; con-
fidere . Non enim fides nostra si plex est
Credulitas (quamq; sedes & fundamentum
fidei est credere) sed fides in Deum plena
atq; integra est , ita credere ut confidamus.
Hæc Sadoletus . Cedo cuius sententiam se-
quemur? Theologastrorūne qui numq; gra-
tij & Musis sacrificarunt? An iuxta scriptu-
ras loquentes Sadoleti, eruditione atq; elo-
quentia præstantis viri ? Certè fallit vos Ma-
tæologia vestra , nec simplex illa credulitas
& persuasio de Deo , quæ & in demonibus,
in Turcis, in omnibus impijs esse potest, fi-
des propriæ dicenda est.

Longam deinceps concionem ordiuntur
aduersarij , quam minutim excutere non est
operepræcium , tamen in genere responde-
bo. Multa garriunt de inconstantia & mu-
tabilitate & infirmitate voluntatis humanæ
de tristibus lapsibus multoū illustrium vi-
torum, de pœnitentia , de timore Dei , quæ
omnia contra arrogantiam, superbiam , le-
curitatem, ignaviam atque torporem carnis
rectè dicuntur. Ceterū cùm aduersarij ijs
omnibus fidei & spei nostræ certitudinem
oppugnatū veniunt, Diaboliicè faciunt, non
Theologicè.

Sanc nobis, dum h̄c vinimus, cum timore
& tremo

STRORVM COLON. ACAD. 71

& tremore versandum, omneque crimen conscientiam vastans, ut Augustinus loquitur, sollicitè cauendum, & salus nostra perficienda est, propter inh[er]ens scilicet peccatum, languorem oblitantem saluti nostræ, infirmitatem legi Dei succumbentem, de quo malo supra copiosè disputauimus, tū etiam propter Sathan & insidias. Quapropter & caro nobis cūm concupiscentijs crucifigenda venit, omnibusque viribus, emitendum, ne vlla in re reprobi euadamus peccantes. Hæc autem omnia vt fidei sunt, ita ei nō hildetrahant, nec desinit etiam in medijs tentationum fluctibus, in vulneribus Domini securè acquiescere fides, vt ante ex S. Bernardo ostendimus, &c.

fa 97.

Miseri Theologastri, non aduertunt secundum inconsiderato impetu in fidei certitudinem inuehuntur, subinde pugnantia loqui. Admodum incerta est, inquiunt, priuata hominum iustificatio, multo magis æterna ipsorum salus. Rursus: Infernum non metuē veri pijque Christiani, sed summa fidutia de Dei bonitate confidunt, æternam salutem sibi donandam firmiter sperant. Quomodo hæc cohærent? Quomodo infernum non metuēnt quorum salus vel maximè in dubio est? Quomodo summa fidutia de Dei bonitate confident, de iustificatione sui admodum in-

fa. 108.

AD CENSVRAM THEOLOGA-
dum incerti? Nunquid de harena resticulos
negant?

Hæc securitas inquiunt , quæ cum reue-
rentia aut sacro timore Domini coniuncta
est in sanctis inuenitur . Si hanc in sanctis
agnoscunt securitatem , quid cum Monhe-
mio rixantur , cu n de hac ipsa is loquatur.

At non est ista securitas inquiunt fidei,
sed spei potius operatio . Concedimus sane
spei esse hanc securitatem , sed quam à fide
traxerit , non quam à se ipsa habeat . Num
ideo animal de hominibus non prædicabi-
tur , quia de Asino , Equo , Leone prædica-
tur ? O censorium acumen .

Sed vt quod res est breuiter dicam , nihil
aliud sentiunt aduersarij , quam ex coniecta-
ra morali quemq; de salute sua statuere de-
bere : Sed pudet eos Matæologicè loqui ,
ideo tam perplexè garriunt , vt nebulas of-
fundant .

Age verò omissis aduersiorum nænijs ,
fidei Euangelicæ certitudinem Pauli tubæ
illius Euangelicæ aliquot testimonijs cer-
tissimis comprobamus . Roma . 4 . Non ha-
sitauit dissidentia , sed confortatus est fidei .
Dans gloriam Deo , plenissime sciens quod
quæcumque promisit Deus , potens est & fa-
cere , ideo reputatum est illi ad iusticiam .

Roma , 5 . Iustificati ergo fide pacem ha-
beant

STRORVM COLON. ACAD. 71

bemus erga Deum , per Dominum nostrum Iesum Christum , per quem habemus accessum per fidem in gratiam istam , in qua stamus & gloriamur in spe gloriae Filiorum Dei . Ephe. 3. In quo habemus fiduciam & accessum in confidentia per fidem eius. Hæc tam evidenter testimonia aduersariis sunt inanis sonus.

Hebre. ii. Fides est *πίστις* rerum spandrarum. Quam vocem eruditissime Buddeus in Commentarijs suis vertit audaciam, seu animi praesentiam . Ein helden moer. Deducitur enim à verbo *πίστεως* quod est sustineo , excipio , non cedo irruenti. Cum hac voce atque vocabuli significatio omnium optime contextui conuenit. Enarrat enim Apostolus exempla sanctorum, in quibus hæc *πίστις* cluxit & omnia aduersa superauit. Hac fidei Hypostasi omnibus pijs opus est. Quando enim Lex Dei & ira Dei, Sathanas, Sensus peccati conscientiam infestant & accusant , hic fides tanquam miles aliquis *πίστικος* non cedit , Sed audientior contrahit , & resistit. Hinc Iohannes. Hæc est victoria quæ vincit Mundum, Fides vestra.

Hinc est illa apud Paulum pitorum omnium ex-

AD CENSVRAM THEOLOGA-

um exclamatio. Si Deus pro nobis quis contra nos? Qui proprio Filio non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum qui fieri potest ut non & cum omnia nobis donet? Quis intentabit crimina aduersus electos Dei? Deus est qui iustificat, quis ille qui condemnet? Christus est qui mortuus est, immo qui & suscitatus est, qui etiam est ad dexteram Dei. qui & intercedit pro nobis. Quis nos separabit a dilectione Dei? Num afflictio? num angustia? num persecutio? num fames? num nuditas? num periculum? num gladius? quemadmodum scriptum est. Propter te morti tradimur, tota die habiti sumus veluti oves destinatae mactationi. Verum in his omnibus οὐτε γνωμένοι εἰναι μετά τούτων περι τὸν εαυτόν qui dilexit nos. Nam mihi persuasum hebeo, quod neque mors, neque vita, neque Angeli, neque principatus, neque potestates, neque instantia neque futura, neque altitudo, neque profunditas, neque creatura alia poterit nos separare a dilectione Dei, quae est in Christo Iesu Domino nostro.

Non loquitur Apostolus de peculiari aliquo à se percepto dono & reuelatione, Catholicam omnium fidei vincentium malisq; suis insultantium vocem exprimit,

Nobis tamen quantumvis Orthodoxè sentientibus. Tridentina fulmina inter quem

Aduersa-

aduersarij. Quęro cur tam diu conticuerit Aloticum conciliabulum? Cur non in icono machos & gynæcophilos faecerdotes fulminarit? An libi grauius aliquod ē Gallia fulmen metuens, disparuerat?

Venimus nunc ad secundam propositionem, quam ex verbis Monhemij excerpunt Vitilitigatores aduersarij, quæ est hæc: In bonis modo fidem inesse, non item in malis, ac proinde malam esse fidei diuisionem in formatam & informem. Hanc & sacræ scripturæ & recte rationi repugnare mentionantur. Quanquam vero supra fatis confutata est aduersiorum vanitas, tamen ut os eis obstruatur, paulo exactius ea, quæ hic adferunt refutabimus. Non pro gloria Dei, non pro veritate, non pro Ecclæ salute certant Theologasti, sed pro dogmate Matæologico de fide formata & informi tanquam pro Helena dimitant. Etiæ vero facile eis concederemus suam loquendi consuetudinem (ut supra quoque dixi) tamen quia ipsi postea vim iustificandi à fide in charitatem, hoc est à Christo in nostras virtutes & bona opera transserant, & gloriam filij Dei, quantum in se est, obfuscant, nobis repellendi sunt, ut & gloriam filij Dei assentamus, & veritati Euangelice patrocinemur. Notitia illa, inquiunt aduersarij, qua his

K affen-

AD CENSVRAM THEOLOGA-

affentimur, quæ manifesta non sunt, sed quæ Deus vera esse dixit, nec scientia est neque opinio, credulitas leuis aut historica fides. Quid ergo si non vera fides erit?

Excipio contra leuem & in anem credulitatem esse, quæ vitam Christi in quibus inest non excitas. Vera enim fides efficax est, iuxta illud Chrysostomi in sermone, qui inscribitur de fide, lege naturæ & spiritu sancto: Quamprimum credideris, inquit, bonis operibus cris ornatus. Nec id mirum esse debet, quandoquidem ita natura comparati sumus, ut eum maxime timeamus, quem potentissimum, eum audiamus attentissime, quem sapientissimum, eum maxima veneratione & studio colamus, quem optimum & benignissimum esse credimus, id maximo ardore desyderemus, quod extreum bonum esse persuali sumus. Hinc Cotta apud Ciceronem optabat persuadere sibi non opinione solum, sed ad veritatem esse Deos, & ex eo quod multi viuant adeò perditè & sceleratè clarum existimauit esse, haud quam omnibus persuasum, esse Deos. Plus profectò recti iudicij in homine Ethnico fuit, quam in putidis omnium Matæologorum cerebris.

Porrò tametsi tres distinctæ res sint, fides, spes, charitas, indiuulsa tamen comites sint,

ita vñ

Li. de na-
tura deo-
rum.

STRORVM COLON. ACAD. 74

ita ut ubi fides vera fuerit , & spes & charitas una quoq; adsint , saluis nihilominus & impermixtis earu naturis. Ut enim lux consequitur solem, sic charitas comitatur fidem. Sed ne nulla fronte nos hoc dicere criminentur aduersarij , agè manifestis rationib^o quod diximus , comprobemus . Friei non posse , quin illa quoq; amemus , quæ summa bona esse credimus , suprà dictum est. Deinde fides est vis , qua Christum apprehendimus , qui (Apostolo teste) factus est nobis à Deo sapientia , iustitia , sanctificatio & redemptio . Verum quæ potest esse iustitia , quæ sanctificatio absq; charitate ,

Veniamus ad Patres . Augustinus scribit de fide & eam quæ sine charitate est , fidem esse Dc- operibus. moniorum , non Christianorum , Atque cap. 16 , vult credere in Christum tantummodo ad viam fidem pertinere . Ita enim inquit: Illud sancè non absurdè intelligunt , eum peccare in Spiritum sanctum , & esse sine venia reum æterni peccati , qui usque in finem vitæ noluerit credere in Christum: Sed si rectè intelligerent , quid sit credere in Iesum Christum Dominum nostrum . Non est enim hoc habere Dæmonum fidem , quæ rectè mortua prohibetur , sed fidem illam , quæ per dilectionem operatur . Hic vides Augustinum apertissimè contradicere Ma-

AD CENSVRAM THEOLOGA-

texologis, dum negat eos credere in Christum, qui fidem duntaxat mortuam habent: & cap. proximo clare dicit, flagitosos nolle Christo credere, & idcirco ad Baptismum Christi admittendos non esse contendit, Chrysoft. in sermone supra citato fidem per seipsum plenam operibus bonis esse docet. Plura ex Patribus testimonia supra recitavimus, nec opus est alia addere. Est enim tam perspicua in hoc negotio veritas, ut Pontificii seniores nobis accedant, ut supra ex eruditissimo Sadoleto ostendimus.

Nec est quod Iacobum nobis obijciant de fide mortua, quando illi non natura conuenit cum fide vera, sed tantum nomine. Nec opus erat tot Patrum citare testimonia, declarantia fidem veram, vim & efficacitatem suam operibus exercere, quando nos id minime negamus, tantum id contendimus, hanc mortuam & ignauam fidem veram fidem non esse, tantum per imitationem fidei nomine censeri.

Vt naturales actiones sensuum (inquit aduersarij) aliarumque facultatum ad animam originem suam referunt, ita quæcumq; bonæ & spirituales actiones à fide exercentur, non nisi à charitate procedunt, ac efficaciam habent? Atqui nos supra ex Paulo docuimus, fidem non factam, hoc est veram,

&

STRORVM COLON. ACAD. 75

& charitatis & puri cordis & bonæ conscientiæ matrem esse. Docuimus ex Augustino, fide titubante charitatem quoq; ipsam languescere, & si à fide quis ceciderit, à charitate etiam necesse esse, ut cadat. Docuimus ex Ambrosio: Fidem genitricem esse bonæ voluntatis & iustæ actionis. Docuimus ex Chrysostomo, fidem per se ipsam plenam esse operibus bonis. Docuimus ex Gregorio, tantum nos amare, quantum credimus. Hæc omnia si non sufficiunt, adjicimus & sancti Bernardi sententiam, Qui vivi fidem, palmiti reliquas virtutes, opera vero botris pulcherime comparavit. Ergo si vitis viuificatur à palmite, & fides viuificabitur à charitate.

Sed quid ad Paulum respondebitis? Inquit, si habuero omnem fidem, ita ut montes transferam, charitatem autem non habuero, nihil sum. Audiant ergo. Respondemus Apostolum hoc loco, loqui de fide, non dogmatum, sed signorum, quæ etiam in Iuda proditore fuit, & superiore capite ab Apostolo inter charismata recensetur. Nam primo loco posuit sapientiam, deinde scientiam, tertio loco fidem, poste à facultatem sanationum, & quæ sequuntur. Non igitur absolute de omni fide loquitur Apostolus, sed de omnium miraculorum fidei ri-

K 3 cefi-

AD CENSVRAM THEOLOGA-
ce fide. Totam hanc, etiam si tanta sit ut
prodigiosè motes transferat, si absit chari-
tas, prodesse negat. Chrysostomus huic no-
stræ sententiae astipulatur, nec abludit Am-
brosius. Ita enim in Apostoli locum insit.
Virtutes facere, aut dæmonia per fidem ej-
cere, Dei virtus & gloria est, nec hoc ad
meritum proficit, nisi quis bona conuersa-
tionis fuerit æmulus. Patet igitur hunc vi-
rum Dei de fide miraculorum Apostolum
intellexisse. Nec dissentire videtur Theodoreetus.
Nihil igitur aliud ex hoc loco ob-
tinebunt aduersarij, quām charisma illud fi-
dei, quo miracula efficiuntur, sine charitate
esse posse, quod nos minimè negamus. Sed
si aduersarij cum Erasmo & Sophista Pi-
ghico contendent, omnem fidem hoc loco
propriam & veram comprehendere, dici-
mus cum eodem Erasmo hæc per fictionem
dici, quæ à Quintiliano inter schemata am-
plificationis refertur. Neque debet, ut lo-
quuntur Dialektici, Propositio Hypothe-
tica fieri Categorica. Reipsa ista non se-
parantur, sed intelligentia solum & sermo-
ne, ut cùm dico: Si habes vitam rationa-
lem absque animali, non eris perturbatio-
nibus obnoxius, sed hinc non sequitur, Vi-
tam hominis rationalem absque animali ex-
tare. Ita si quis fidem à charitate seiun-
geret,

geret, nihil prodebet ea fides, quia reuera non esset fides, sed vana tantummodo persuasio & opinio, à vulgo, educatione atque maioribus concepta. Accedit nostræ sententiæ Basilius, qui in Epistola ad Neocæsienses scribit: Non quod horum quæ commemorauimus singula, sine charitac possint inueniri, sed quod sanctus Apostolus, quæ dixerat, testimonijs confirmare voluerit: præceptum, inquam, charitatis infinitis partibus esse reliquis omnibus excellentius. Vides Lector hanc etiam expositionem, id quod maximè conantur aduersarij, minimè efficere. Sed prior illa simplex, plana, & serie sermonis Paulini consentanea ast. Nam quæ contra eam adferuntur ab Erasmo, Sophistis item, Pigio, Eccio & reliquis eiusdem farinæ, nullo negotio refelli possunt.

Adducunt locum Luc. 8. Multi ad tempus credunt, sed in tempore temptationis recedunt. Sic & Iohan. 12. Multi ex Principibus crediderunt in eum, &c. Verum quod sibi assumunt, non damus, tales habuisse veram fidem. Nam & Christus ipse testatur Principes illos non verè credisse, Quomodo potestis, inquit, credere, Qui à vobis ipsis gloriam queritis?

AD CENSVRAM THEOLOGA-

Metuebant enim ne fierent Aburāγεωγοι
Ideo à vera fide alienabantur, cum tuam
dignitatem & honorem Christo præferrent.
Ccūm igitur in ipsis principib⁹, vel ipso Chri-
sto teste, fides vera non fuerit, multo nīnus
in Simone Mago Diaboli membro fuisse sta-
tuendum est.

Ad testimonia Patrum, quæ citant Ad-
uersarij, supra abundè satis responsum est.
Aliquid tñ coloris habere uidetur, quod ex
18. cap. libri 15. Augustini de Trinitate ci-
rant. Sine charitate quippe fides potest qui-
dem esse, sed non & prodesse. Intelligitis
aliquam fidem esse posse sine charitate. Sed
quenam est ea? verâne ut contendunt Ma-
tæologi? Audi quæ sequuntur. Propter
quod & Apostolus Paulus: In Christo, in-
quit, Iesu circumcisio, neq; præputium ali-
quid valet, sed fides quæ per dilectionem
operator. Sic eam discernens ab ea fide
qua & Dæmones credunt & contremiscunt.
Vides quam fidem sine charitate esse dicat,
non Christianorum, quæ vera est, sed eam
quæ Sophistis, Hypocritis, & consceleratis
omnibus, cum Dæmonibus communis est.
Idem docet Tractatu in Iohannem 6. Sed
quid dicit, inquit, idem Apostolus: Si sciero
omnia sacramenta & habuero prophetiam
& omnem fidem, ita ut montes transferam,
ne for-

ne fortè & hoc dicens, Credidi, sufficit mihi. Sed & quid dicit Iacobus? Et Dæmones credunt, contremiscunt. Magna est fides, sed nihil prodest, si non habcat charitatem. Confitebantur & Dæmones Christum: Ergo credendo, sed non diligendo dicebant: Quid nobis & tibi fili Dei? Fidem habebant, charitatem non habebant, ideo Dæmones erant. Noli de fide gloriari: adhuc Dæmonibus comparandus es. Ex his postremis verbis (Noli de fide gloriari, adhuc Dæmonibus comparandus es) disce, veræ fidei expertes esse, quotquot de fide absque charitate gloriantur. Nam & suprà ex Augustino docuimus, homines flagitiosos nequam in Christum credere. Quia loco illo Ioaunis: Qui credit, quoniam Iesus est Christus, ex Deo natus est: vehementer se premis sentit Matæologicum acumen, ideo eum superciliosè reijcit: Existimas fortè, inquit, veteres illos Doctores, quos antè citauimus, nunquam verba illa studiosè legisse, vel etiam abunde satis penetrasse? Siccine tu solus sapere videris? &c. Legerunt hercle, & ideo tam pulchrè nobis consentiunt, sicut ostendimus. Quis est, qui nō credit, inquit August. in hunc locum Ioaannis, quòd Iesus sit Christus? Qui non sic viuit, quomodo præcipit Ioaannis, Christus: Multi enim dicunt, Credo, sed tract. In Epist. K 5 des

AD CENSVRAM THEOLOGA-

des sine operibus non saluat. Opus autem fidei ipsa dilectio est. Rursus : Fides Christiani cum dilectione est : Dæmonis aut sine dilectione. Manifestissimè adiunxit fidem in Christum flagitiosè viuentibus. At inanes veri Theologastri , dum nos rabiosè calumniantur, in apertam blasphemiam erumpunt, & Scripturam Dei veluti nasum cereum esse dicunt. Siccine vobis, ô impij rabulæ, nasus cereus est Scriptura ? At vos suprà omnibus hæreticorum phalangibus, ac Dæmonum omnium præstigijs eius autoritatem oppugnatis. O vocem, flagris & fusibus retundendam.

Nósne, ó vesani Monhemiomastiges , aut Principum aut vulgi palpamus vitia, qui flagitiosis omnibus fidem veram adiunimus, an vos , qui eam etiam prauis hominibus tribuitis ? Ah nimis stupidi estis, si non sentitis , quantum ijs tribuatis , quibus fidem veram tribuitis . Veræ enim fidei est remissio peccatorum, quando de Christo , vt ait Petrus, omnes Prophetæ testificantur , remissionem peccatorum per nomen eius accepturos, quotquot in eum credunt. Veræ enim fidei iustificatio est , iuxta vocem eiusdem : Per hunc omnis qui credit , iustificatur. Veræ fidei est vox dei, iuxta vocem Pauli : Omnes filij Dei estis per fidem in Christum

stum Iesum. Veræ fidei est vita æterna, iuxta vocem ipsius Christi : Qui credit in Filium, habet vitam æternam. Viuæ, inquit, fidei hæc tribuimus, non item veræ. At quomodo vera erit, quæ viua non est ? An homo verus censendus est, qui viuus non sit ? An vera moneta, quæ sit adulterina ?

Sed bene habet, Capra cultrum, quo iuguletur, indicat. Citant enim Bernardum, in Sermone in Octaua Paschæ : Putasne, ait, Filium Dei reputat Iesum, quisquis est homo, qui ipsius nec terretur combinationibus, nec attrahitur promissionibus, nec præceptis obtemperat, nec consilijs acquiescit ? Nōne is, etiam si fateatur se nosse Deum, factis tamen negat ? Quid aptius contra fidem Matæologorum informem dici potest ? Cui tamen veræ fidei naturam tribuere haud erubescunt effrontes Sophistæ . Nec hoc dicunt Veteres, quod ipsi gannint, opera bona fidei suam vitam largiri : Sed fidem ipsam suam vitam per opera declarare, sicut supra copiosè ostendimus. Fant nunc, & Tridentinis fulgetris auiculas terreant : rident etenim iam, in quibus aliquid viri est.

Transimus nunc ad Tertiam Propositionem, quam ex Caluini pectore desumptam esse nostri mentiuntur aduersarij, & est hæc :

Nos

AD CENSVRAM THEOLOGA-

Nos tantum ea credere , quæ ad promissio-
nes spectant , non autem ea , quæ minas in-
ducunt . Hæc ex meris calumnijs consuta
est , & tribuit Monhemio , quod illi ne per
somnia quidem in mentem venit vñquam .
Porro , tametsi semper credendum est Deo ,
sive promittenti , sive comminanti : præci-
puum tamen fidei obiectum est benevolentia
& misericordia æterni Patris in Christo
Iesu Domino nostro , extra quam quicquid
intuetur fides , nihil nisi desperationis ma-
teria est .

¶ Similis calumnia est , quod spem atq; fidem
profsus confundere nos dicunt . Quum nos
virtutes istas Theologicas Fidem , Spem , at-
que Charitatem nequaquam confundamus ,
sed tanquam indiuisas comites , perpetuò
cohædere docemus . Idque ita esse , solidis
Scripturæ & Sanctorum Patrum testimoniis
conuincimus , vt suprà ostensum est . Lu-
culentam satis fidei & spei disjunctionem in
Catechismo suo ponit Monhemius . Spes in-
quit , est earum rerum expectatio , quas reue-
ra fides à Deo promissas concepit . Fides es-
se Deum veracem sibi planè persuadet , Spes
expectat , vt in tempore oportuno se talem
declaret . Fides colligit Deum nobis esse Pa-
trem , Spes expectat , vt se talem erga nos ex-
hibeat . Fides donatam nobis propter Chri-
stum

stum vitam æternam credit, Spes expe&stat, ut eam aliquando conseqnamur. Fides basis est, cui spes innititur: Spes fidem fouet atq; sustinet. Habes planam, eruditam, Scripturis consentaneam fidei & spei distinctionem. Perfricent frontem Aduersarij, & Monheimiuni fidem atque speim confundere dicant.

Quid verò Matæologi? Fides est generalium pronunciatorum, (si hæc nostra metiamur tempora) Spes specialium. Quam vanè hæc dicant fidei hostes, suprà declaravimus. Cæterùm quid sibi vult toties reperita Parenthesis, Si hæc nostra metiamur tempora? An nunc alia est Fidei notio, quam olim fuit? aut, si adhuc durabit mundus, ut postea erit? Sed omissis Theologastrorum nugis, consyderet æquus Lector, maximam esse fidei & spei coniunctionem, quando vera fides spem secum trahit. Qui factum est, vt in Sacris literis tam fidei quād spei permissiones factæ sint? Ut enim dicitur: Iustus ex fide viuit, & qui credit in illum, non confundetur. Rursus: Qui credit in Filium, habet vitam æternam. Item: Arbitramur hominem iustificeri ex fide. Ita etiam scribitur in Psalmo: Beati omnes, qui confidunt in eo. Et in Esaia, capit. 26. Seruabit pacem, quoniam in eo speratum est. Et in 9. Spes non confundit. Atq; ad Titum capite 3.

Vt si.

AD CENSVRAM THEOLOGA-

Vt simus hæredes secundum spem vitæ æternæ. Atque hic rursus in incerto salutem nostram ponunt Matæologi, & spei hæsitationem afficiant. Videlicet, Dei promissiones in aëre pendulas faciunt, cùm eas ita volunt esse generales, vt nemo priuatus de seipso certus esse possit. Atqui in eum finem prædicatur Euangelium omni creaturæ, vt quisque singulariter eam promissionem amplectatur, & habeat remissionem peccatorum. Et quomodo tu accipis Eucharistiam? An obsignat Sacramentum promissionem generalem? Non sanè: sed potius singularem, & tibi applicatam. Hac fide si non accipis Sacramentum, quem fructum ex eo percipes, aut quomodo gratias ages? Habet ergo spes eam certitudinem de salute, quam accepit à fide. Cumque spes in eum finem nobis à Deo concedatur, vt dubitationi reluctetur, non est, quod ei hæsitationem tanquam perpetuam comitem adscribamus. Sacrificate, inquit Dauid, sacrificium iustitiae, & sperate in Domino. Et Oseas: Spera, inquit, in Deum omni tempore, Item Petrus: Sperate in eam gratiam, quæ offertur. Cùm sperare iubet, dubitationi obliuisci mandat. Liquet id ex natura mandatorum Dei. Iussit Deus, vt se unum coleremus, quia videbat nos ad idolatriam

triam, & omnem superstitionem propensissimos. Idcirco nos aduersus hoc malum tuæ legis verbo pugnare voluit. Iussit etiam, ne occideremus, ne adulteria cōmitteremus, ne furaremur, q̄ videret naturæ nostræ depravationem ad hæc mala inclinare. Ita etiam Deus iussit nos sperare, q̄ videret cor nostrū dubitatione vehementer laborare. Nec repugnat certitudini spei sanctus Dñi timor sed cum eo probè consentit. Errorem suum Matçologi insulæ diuisioni fidei, de qua tam multa dixim⁹, debent, & q̄ v eram fidem malis & bonis cōmunem faciunt, quam opinionem erroneam esse suprà ostendimus. Sed aduersarij tam malorum q̄ bonorum esse fidem adhuc cōtendunt, q̄ opus intellectus sit fides, qui nō id quod bonum, sed quod verū est cōtuetur. Λογιον. Nō tantum veritatem, sed & misericordiam & bonitatem Dei, & meritum Iesu Christi contuetur fides. quapropter & egregios affectus in ijs, quibus inest. excitat, fiducię, spei, amoris, obseruantię. Hinc est, q̄ scripture prauis hominib⁹ veram fidem denegat. Qui suorū (ait Paul.) & maximè domesticorū curam non habet, fidem abnegauit, & est infideli deterior. Certè qui fidem abnegauit, nō habet fidem. Item Ioannes: Qui dicit se nosse Deū, & mandata eius nō seruat, mendax est, & veritas in eo nō est.

Præ-

AD CENSVRAM THEOLOGA-

de Ago- Præclarè igitur Augustinus : Errat, inquit,
ne Chri quisquis putat veritatem se posse cognosce-
stian.ca- re, cùm adhuc nequiter viuat. Desinant igit-
pice 13. tur nobis conuictiari , toties in errore depre-
hensi : Sophismata σεοφολογίας, Gymmeria
tenebræ Matæologorum sunt , non eorum ,
qui synceram Theogiam profitentur.

Facere non possum, quin priusq; progredi-
ar , axioma quoddam aduersariorum discu-
tiendum mihi sumam. Aiunt : In religionis
fideique negotijs maiorum vestigia decli-
nare, est illorum fidem calumniari. Iam au-
diuimus nostros censores, contra doctrinam
Propheticam & Apostolicam & S. Patrum,
scripturam sacram ab omnibus legi vitare,
Impijs opera bona tribuere , concupiscenti-
am propriè peccatum dici abnuere, simula-
chorum cultum contra legem Dei, Prophe-
tas, Apostolos & sanctam vetustatem defen-
dere, connubia sacerdotum contra doctri-
nam Apostolorum & veteris Ecclesiæ dam-
nare, fidem Filiorum Dei bonis & malis cō-
minem facere, eiusque certitudinem impu-
gnare. Papæ quot modis putidi Sophistæ fi-
dem maiorum suoram præuaricantur.

In articulo de Ecclesia , dum successionem
Romanorū Pontificū infallibilem Ecclesiæ
notam faciunt , eò deuoluuntur , vt Roma-
num Episcopum nunquam ab Apostolorum
doctrinæ

STRORVM COLON. ACAD. si
doctrina descivisse impudentissimè men-
tiantur.

Recte successionem Episcoporum, contra
exorbitantes hæreses allegabant Veteres,
cùm paritatem Apostolicam vtcunq; adhuc
retinerent Episcopi: Sed perperam fit ho-
die à Sycophantis, qui sinceroris Theologiq;
Professoribus ordinariam successionem ob-
ijciunt, postquam ambitio, fastus, auaritia,
teterimæ religionis pestes omnia corrupe-
runt, & tam procul à puritate Apostolica
discessum est. Petro dictum est à Christo:
Pasce oves meas. Quid se Petri successores
iactitant, qui non pascunt? Quot à Grego-
rio usque Magno vidit Roma Pontifices
concionantes? Contra doctrinam Christi
Iesu & Apostolorum, gubernationem Ec-
clesiasticam in imperium mundanum trans-
formarunt Episcopi Romani, & Theologa-
sti eos negant ab Apostolorum doctrina
descivisse. Quanto reñius Bernardus ille
Clareuallensis, libro de Consideratione ad
Eugenium quarto, qui in plerisque eos Con-
stantino successisse prædicat, non Petro. Et
suprà ostendimus, Romanos Episcopos pri-
mos Diabolicam illam de coelibatu Sacerdo-
tum superstitionem recepisse. Sed omnium
apertissimè contradicit aduersarijs nostris
Lyranus, in Matthæum vnde uigesimo: Pa-

L tet,

AD CENSVRAM THEOLOGA-

tet , inquit , quòd Ecclesia non consistit in hominibus ratione potestatis , vel dignitatis Ecclesiasticæ vel secularis . Quia multi Ppincipes & summi Pontifices , & alij inferiores inuenti sunt apostatasse à fide Apostolica . Propter quod Ecclesia consistit in ijs personis , in quibus est notitia vera , & confessio fidei & veritatis . Hæc ille .

Profectò erratis plurimùm , si Spiritus Sancti gratiam successioni Episcoporum & Cathedratis putatis alligatam .

Possem hoc loco pie Lector , plurima testimonia adducere ex Sancto Bernardo , Marsilio Patauino , Auentino , Laurentio Valla , Francisco Petrarcha , Ioanne Francisco Mirandulano , alijsque illustribus ac probatissimis viris paùm plurimis , quibus Theologastrorum vanitas conuinceretur . Sed parco , ne me maiorum suorum verenda detegere criminentur . Adversarij .

Verùm , quia tanta virulentia sectarum vocabula obijcit immerenti Monhemio hęc Matæologorum rabies , facere non possum , quin vnum saltē ex Francisco Petrarcha testimonium hic proferam , ex quo Lectori pio elucescat , quomodo Apostolicae doctrinæ Roma cum suis Episcopis ha&enus inhęserit . Omne bonum , inquit , ibi perditur , *sed*

STRORVM COLON. ACAD. 82

sed primum omnium libertas: mox ex ordine quies, gaudium, fides, spes, charitas, animæ iacturæ ingentes. Sed in regno avaritiae nihil damno ascribitur, modo pecunia sit salua. Futuræ ibi vitæ spes inanis quedam fabula est: & quæ de Inferis narrantur, fabulosa omnia: resurrectio carnis, & mundi finis, & Christus in iudicium venturus, inter nænias habentur. Veritas ibi dementia est, abstinentia verò rusticitas, padicitia probrum: ingens denique peccandi licentia, magnanimatas & libertas eximia: & quod pollutior, eò clarior vita: quod plus scelerum, eò plus gloriæ: bonum non men cœno vilius, atque ultima mercium fama est. Et quæ sequuntur. En Romanensem disciplinam, cui non magis cum Apostolica conuenit, quam caliginotissime nocti cum solis iubare, aut Tartaro cum Cœlo. Et hæc, atque alia tetrorema de Romanensi curia scripsit Petrarcha ille vester, quem Ursus Anguillatæ Comes in ipso Capitolio Romano coronauit laurea, approbante Papa Benedicto Undecimo, Anno ab hinc ducentesimo vigesimo. An eo tempore vixit Lutherus? aut eo etiam antiquior Hussus? Ecquid pudet vanitatis? Ante hunc patrem, inquiunt (Lutherum intelligunt) nulla istarum doctrinarum inuaserat orbem,

L 2 paca-

AD CENSVRAM THEOLOGA-

pacata erant omnia, sapiebant idem omnes.
Volunt me quod res est loqui: Non fuit in
Ecclesia Christi, ea doctrinæ morumq; cor-
ruptela, ante exortam istam Matæologiam,
rixatricem, dubiam, loquutuleiam, vanam,
indocetam & impiam, multarum sectarum
matiem fœcundissimam. Quare orandus
est Deus Pater Domini Iesu Christi Serua-
toris nostri, ut mentes gubernatorum illu-
minet, & Ecclesiam suam à Diabolica hac
Sophistica liberet, ad nominis sui gloriam,
& multorum salutem: Amen.

Conqueruntur nescio quid Matæologi de
Principibus quibusdam secularibus, qui pio-
rū Præsulū conatus in emendandis abusibus
Ecclesiasticis impedian. Sed qualem emen-
dationem isti expetant, haud obscurum est.
Atque h̄ic longam orationem ordiuntur de
trucidandis hæreticis.

Evidem nequaquam ijs assentior, qui
sacrilegas dissensiones volunt esse liberas.
Quæ est enim peior mors animæ, inquit san-
ctissimus Augustinus Epistola centelima sex-
agesimasexta, quam libertas erroris? Et es-
set hoc Julianum Apostatam Ecclesiæ ho-
stem ex Inferis reuocare. Volo pios Magi-
stratus pro veritate contra errorem decer-
nere, secundum exempla laudatissimorum

maio-

maiorum suorum, Constantini, Valentiani, Gratiani, Theodosij: ita tamen, ut à lenitate, mansuetudine, clementia & moderatione sanctæ vetustatis quam minimum discedatur. Quo magis reprehendenda est horum Theologastrorū improbitas, qui sanctissimi Episcopi Augustini inenarrabilem humanitatem atque φιλανθρωπίαν manifestissimo mendacio conspurcant, dum eum hæreticos trucidari voluisse scribunt. Quum tamen ex ijs ipsis, quos citant, locis vanitatis coargui & conuinci possint. Quod ex Tractatu vndecimo in Ioannem ab Adversariis citato, demonstrabo.

Isti etiam audent dicere (intelligit Donatistas Augustinus) quod persecutionem solent pati à Catholicis Regibus, aut à Catholicis Principibus, qua in persecutione tolerant afflictionem corporis. Si tamen aliquando passi sunt, aut quomodo passi sunt, ipsi sciant, aut conueniant conscientias suas. Hæc Augustinus. Nota diligenter candidate Lector, illam in verbis Augustini correctionem: Si tamen aliquando passi sunt, aut quomodo passi sunt, ipsi sciant, aut conueniant conscientias suas. Quæ verba sat is indicant, non fuisse trucidatos hæreticos. Nam in Breuiculis Collationum cum

AD CENSVRAM THEOLOGA-

Donatistis , Collatione diei tertij , scribit
Donatistas multa conqueslos de persecutio-
nibus , quas ad instantiam Catholicorum , à
potestate seculari perpetrati essent , easq; val-
de exaggerasse . Ad hæc Catholici respon-
derunt , ipsosmet Donatistas primum accu-
sationibus instituisse apud Cæsarem Con-
stantinum . Deinde , Circumcelliones eo-
rum pro more suo seipso precipitasse . Po-
stremon , non tam pati ipsos ob hæresim vel
schismam , quām propter atrocitatem imma-
nem , quam ijdem Circumcelliones etiam
Ducibus clericis exercuisserunt , pulsationi-
bus , incendijs , & omni genere crudelita-
tis , adeò , ut oculos etiam humanos calce
& aceto persecuti essent .

Idem docet hoc Tractatu D. Augustinus:
Sempernas mortes faciunt , & temporales
se perpeti conqueruntur . Non ait perpe-
tiuntur , sed perpeti se conqueruntur , falso
nimirum . Vide enim , quæ sequuntur :
Et tamen quæ patiuntur ? Profertunt nobis ,
nescio quos in persecutione suos martyres :
Ecce Marcellus de petra præcipitatus est : &
Ecce Donatus Bagarenis in puteum missus
est ? Quando Potestates Romanæ talia
supplicia decreuerunt , ut præcipitarentur
homines ? Quid autem respondent nostri ?
Quia ipsi se præcipitarunt , potestates infa-
marunt

marunt. Et quæ sequuntur.

Vides manifestè candide Lector, hos hęreticos non à Catholicis necatos fuisse, sed lymphatos seipso vel de faxis, vel in puteos præcipites dedisse, eiusque rei inuidiam, factionem Donati in Magistratus Catholicos deriuare voluisse. Constat autem nullios à Catholicis interemptos fuisse, postquam Magistratus de ~~quæ~~ Circumcellionum suorum infamarunt. Quod nequaquam fecissent, si quos occisos fuisse ostendere potuissent.

En, qua fide incendiarij isti testimonia Patrum in re tanta citant, dum lenitatem Regum ac Principum ad scuam extimulant.

Reliqua loca, quæ citant Aduersarij, nihil aliud docent, quam utilissimam fuisse etiam ipsis Donatistis, Legum Imperialium coercitionem, cum curam religionis & pacandę Ecclesiae ad Magistratum quoque pertinere, quod nos ita esse fatemur.

Sciat autem ~~et~~ quis Lector, inquietudinem plus quam fanaticam factionis Tonati, & Circumcellionum atrocitatem, qua effervescentes in pios scuiebant, primū leges in hęreses armasse: ut semper ex malis moribus bona Leges natæ sint. Erat enim immā-

AD CENSVRAM THEOLOGA-

nis furor , & plus quam beluina truculentia Circumcellionum , vt passim varijs in locis restatur Diuus Augustinus . Nemo seruum suum reposcere ausus fuisset , si ad horum patrocinium confugisset : Nemo debitorem exigere , si ab ijs defensionem expetisset : confractis tabulis , seruis libertatem , quantumvis inuitis dominis , donabant : creditoribus chirographa vi & terroribus extorquebant , ac debitoribus restituebant : honestos Patresfamilias vincitos cædebant , & ad molas circumagendas , pro iumentis abutebantur : domus diripiebant , diruebant , incendebant . Presbyteros Catholiconrum pessimè mulctabant , interdum & ipsos interimebant , Denique lymphati latrones erant potius , quam hæretici .

An hæc ferre debebant Leges Ciuiiles ?

Constitutæ sunt igitur legum poenæ tali se-
ctæ mitissimæ , quæ nequaquam ad sanguinis profusionem progressæ sunt , quod testi-
monijs aliquot declarabo , vt Theologastrorum
vinitas omnibus liqueat .

Augustinus Epistola . 61 . ad Dulcitium
Tribunum : Non enim tu , inquit , ius gla-
dii vllis legibus accepisti , aut imperialibus
constitutis , quorum tibi iniuncta est ex-
ecutio , hoc præceptum est , vt necentur .

Icem

STRORVM COLON. ACAD. 85

Item contra literas Petilianii libri secundi
cap. 20. Nullam quidem legem ab impera-
toribus datam, ut occideremini, recolo.

Item contra Cresconium Grammaticū lib.

3. cap 50. Nullistamen bonis in Ecclesia Ca-
tholica hoc placet, si usque ad mortem in
quemquam licet hereticum sequiatur. Euin-
cit hæc Augustini sententia Matæologos,
Hæreticos ad mortem dçposcentes, homi-
nes esse prauos, ne dicam sanguiniarios.

Epist. 127

Comprehensilis quibusdam Circumcellio- Item 159
nibus, & in iudicium adductis, tametsi con- 160.
fiterentur restitutum Catholicum presbi-
terum a se necatum esse, Innocentium item
Catholicum presbiterum excæcatum & mu-
tilatum, Augustinus tamen diligentissime
apud Donatum Aphricæ Proconsulē, Mar-
cellinū Tribunum, & eius fratrem Aprin-
gium pro eis intercessit, rogitans per misé-
ricordiam Iesu Christi, ne necarentur aut
mutilarentur, sed utilibus laboribus conser-
uarentur, dicitans seruorum Dei patien-
tiam inimicorum suorum supplicijs decolo-
rari, & sanguine fœdari: sed libet quedam
eius verba ascribere. Epistola 158. ad Mar-
cellinum, Pœna sanè illorum, inquit, quam-
uis de tantis sceleribus confessorum, rogo
te, ut præter suppliciū mortis sit, & propter
Conscientiam nostram, & catholicam man-

L 5. suctus

AD CENSVRAM THEOLOGA-

suetudinem cōmendandam , ipse enim fru-
etus ad nos peruenit confessionis illorum .
Quia inuenit Ecclesia catholica , vbi suam er-
gā atrocissimos inimicos seruet atq; exibi-
beat lenitatem . In tanta quippe crudelitate
quæcumq; propter sanguinem vindicta pro-
cesserit , magna lenitas apparebit . Quod
et si modo quibusdam nostris illa atrocitate
commotis videtur indignum , & quasi dislo-
cationis & negligentiae simile : transacta ta-
men motibus nostrorum , qui recentioribus
factis solent turbulentius excitari , egregie
luculenta bonitas apparebit : Hæc ille . Pon-
deret Lector verba : Propter conscientiam
nostram .

Satis ex præmissis apparet Matæologos in
manifesto deprehensos mendacio , sed quæ sit
fortassis lector , qualis fuerit hereticis legi-
bus constituta pœna , cum constet capitalem
non fuisse . Docet hoc Augustinus contra
Epist. Parmeniani lib . i . capite 7 . Vbi scribit ,
Legem fuisse latam aduersus omnes , qui
Christianos se dici volunt , & Ecclesiæ Ca-
tholicæ non cōmunicant , sed in suis separa-
tum conuenticulis congregantur , vt vel or-
dinator Clerici , vel ipse ordinatus denis li-
bris auti mulctetur . Locus vero ipse , quo
impia separatio congregatur , redigatur in
fiscum . Scribit & alias fuisse iussiones gene-
rales ,

STRORVM COLON. ACAD. 86

rales, quibus eis vel faciendi Testamenta, vel donationes, aliquid efferrandi facultas adimitur, vel ex donationibus & testamentis aliquid capiendi. O mites leges aduersus tam truculentam sectam. Et tamen à Catholicis Episcopis intercessum est, ne vel in fortunis mulierarentur sœuissimi Latrones. Vide Epistolam ad Ianuarium 68. Item 66. Ad Donatistas. An ad mortem deposcebant Hæreticos, qui ne pecunijs exigerentur, intercesserunt? Et tamen si vñquam fuit Hæresis mortis supplicio multanda, certe Donatistarum trux Sedatio fuit, aduersus quam tam luculenta mansuetudine fuerunt vii Catholici Episcopi.

Sed ne putas solius Aphricæ Catholicos Episcopos aduersus hanc Hæresim tam illustri bonitate usos, accipe & alia quædam veteris mansuetudinis testimonia.

Narrat Sigebertus Gemblacensis & post hunc Antoninus, sanctum Ambrosium, & Martinum Turonensem Episcopum noluisse communicare Sacris Mysterijs cum Ursatio & Statio Episcopis, quod corum delatione Tieuiris ab Euodio Praefecto Priscillianus absurdissimæ Hæresis Author, atque in Synodo Episcopæ

AD CENSVRAM THEOLOGA-

Episcoporum damnatus, interemptus fuerit.
Et quamuis de Priscillianistis Orosius scri-
bat: Dilacerati grauius à Doctoribus pra-
uis, quām à cruentissimis hostibus sumus, ta-
men ingenti contentione tandem perfecit
Sanctus Martinus, ut ab eorū cæde tem-
peraretur. Atque hic est ille Martinus Epi-
scopus, de quo Stentorea voce quotannis in
Templis reboant Pontificij, Sacerdotem
Christi Martinum cuncta per orbem canat
Ecclesia pacis catholice. Atque illius nomen,
omnis Hæreticus fugiat pallidus. Sed gladio
spiritus, demonstrationibus item è scriptu-
ris & ratione desumptis Hæreses oppugna-
bat Martinus, non eculeis, non ignibus, non
carnificum gladijs. Nec dubito si reuiuisce-
rent sanctissimi Episcopi, Ambrosius, Au-
gustinus, Martinus, quin Matæologos tanq;
crudelissimos parricidas abominatur sint.
Innocentius Romanus Episcopus Pelagia-
nos excommunicasse legitur, trucidasse
non legitur. Celebratur & Theodosij se-
cundi piissimi & eruditissimi Imperatoris
erga hæreticos prudens lenitas, quæ plus pro-
fuit Ecclesiæ, quām omnes omnium carnifi-
cum gladij. Et possum multa alia testimo-
nia manuetudinis ex antiquitate adferre.
Conflixit Augustinus acerrime cum no-
minaçissimis & potentissimis hæreticorum
scđis

fectis, Manicheis, Arrianis, Donatistis, Pelagianis. Num usq; Magistratum praesidia circumspicit? Num ad ignes, lictores & ultorem gladium configit? Nihil minus. Imo gladio spiritus omnes aduersariorum copias sternit. Sublato, inquit, hinc timore secularium potestatum in circumcellionū tumultu, re agamus, ratione agamus, diuinarum scripturarum auctoritaibus agamus, quieti atque tranquilli, quantum possumus, petamus, quæramus, pulssemus, ut accipiamus & inueniamus; & aperiatur nobis, & quæ sequuntur. Tanta in hoc viro Dei fiducia fuit veritatis. Vbi hic ignauissimorum Matæologorum axioma, cum hereticis non esse disputandum. Vide Epistolam 173. Praefatus sum me nequaquam assentiri, qui libertatem erroris concedi postulant. Volo coerceri hereticos, sed dum suis flabellis Matæologi Principes ad se uitiam incitant, ego eos cum Augustino adhortor, ut modum teneant aptum humanitati, congruum charitati, ut nec totum, quod potestatis est, exeratur, & in eo quod exeritur, dilectio non amittatur, in eo autem quod non exeritur, mansuetudo monstretur. Certè omnia prius experientia sunt, quam ad sanguinem fundendum procedatur, quippe ut ille canit, (gaest. Iuuenal. Nulla vngue de morte hominis cunctatio longa satyra 6

Epis. 203.
ad Ma-
xinum.

Contra
Cresco-
niū Gra-
lib. 3.
capite. 5.

Quero

AD CENSVRAM THEOLOGA-

Quero ò viri in eminentia constituti,
Dijudicationem dogmatum sumitis vobis,
an non? Si sumitis eam vobis, videte, vt ad
rem tantam adferatis mentem illustratam
egregia cognitione Dei & voluntatis eius,
& exactam scripturarum peritiam: Si non
sumitis vobis dijiudicationem dogmatum,
cauete, ne vosmetipso alienæ ignorantiae, ve
cordiæ, virulentiae, & crudelitatis seruos
constituatis. An obscurum est, quām ini-
qua & temeraria sint hac tempestate mul-
torum iudicia? Quis hac ætate excellens vir
fuit, cuius opera in restaurandis literis &
pietate enituit, cui non heresios labem af-
sperserit Matæologicum virus? Horum ne-
vesaniç inseruiet gladius vester? Nec restin-
guuntur hereses hereticorum sanguine, sed
accenduntur potius & gliscunt, dum ij, qui
seducti sunt, & alij imperiti peruicaciam
& duritiem illorū constantiam esse putant.

Adhortor etiam pios Pastores, vt lauda-
tissimam Patrum lenitatem erga Hereti-
cos imitentur, non in contentione & æmu-
latione & persecutionibus, sed mansuetè
consolando, beneuole hortando, leniter di-
sputando, sicut scriptum est. Augustinus
contra Episto' am fundamenti capite 1. Ser-
num autem Domini non oportet litigare,
sed miçem esse ad omnes, docibilem, pati-
entem

entem in modestia corripiuentem diuersa sentientes. Sunt & homines heretici, neque eis cornea fibra est, vt ad meliorem mentem flecti non possint. Cogitent nihil ita in causa esse, quin ualescant hereses & sectæ, quam sui ordinis inscitiam, fastum, negligentiam, auaritiam, superstitionem, addo & confcelerationem, quo maiorem tanti vulneris sanandi curam suscipere debent. Sed redeamus ad Censores.

Quia scripsit Monhemius, Si negligentes fuerint Ecclesiæ Presides, piorum regum ac Principum partes fore exemplo Ezechiæ, Constantini, Theodosij & multorum aliorum regum, cum in Veteri tum in Nuevo testamento Ecc'elias repurgare. Aduersarij hoc consilium magna assentationis suspicione grauant, & non leuum discordiarum semina suppeditare, immo rerum omnium prodigiosam perturbationem & methamorphosim coniunctam habere crocitant, Deinde principes nescio quos sacrilegij, rapinorum & usurpati muneris alieni accusare non dubitant, quam verè ipsi viderint. Evidem Matæologorum iudicia temeraria & exca nihil moror, nec in uno deprehenduntur mendacio, vt se ex illo esse declarant, qui est mendax ab initio. Videlicet dolet Theologastris in quorundam Principum Ditio-

AD CENSVRAM THEOLOGA-

Ditionibus, abusus tolli, emendationes proponi. Hinc illæ lachrymæ. Dent ipsi nobis Ambrosios, Chrysostomos, Athanasios, Hilarios, & habebunt Principes obedientissimos. Ne quicquam conqueritur projici se & conculcari infatuatum sal. Quomodo dicitis, inquit Hieremias cap. 6. sapientes sumus, & lex Domini apud nos est. Verè mendacium operatus est stylus mendax Prophetarum. Pudefacti sunt sapientes, expaurunt & capti sunt. Ecce verbum Domini proiecerunt, qui ergo in illis potest esse sapientia?

Quare vos Optimates & Republicæ gubernatores adhortor, ut officium vestrum potius ex voce legis, quam ex ore horum mendacium scribarum discatis. Custodes vos legis suæ & executores constituit Deus. Eius rei multa sunt testimonia. Deut. 17. Cum sederit rex in solio regni sui, accipiet librum legis Dei, ut legat in eo cunctis diebus vitae suæ, & faciat ea, nec recedat ab ea, vel ad dextram vel ad sinistram, ut proroget dies in regno suo ipse & filij eius. Et iterum. Non recedat liber legis ab ore tuo, sed meditaberis in eo diu noctuq; ut custodias & agas, iuxta omne id quod scriptum est in eo: tunc enim prosperum reddes iter tuum, tunc prudenter ages. Hinc Augustinus contra Donat

STRORVM COLON. ACAD. 89

Donatistas citans illud Psalmi: Et nunc Re-
ges intelligite, erudimini qui iudicatis ter-
ram. Quomodo reges Deo seruiūt, inquit, ti-
more, nisi ea quæ contra Domini iussa sicut re-
ligiosa seueritate prohibendo atque ple-
tendo? Alter enim seruit, quia homo est,
aliter quia rex est. Quia homo est ei seruit
viuendo fideliter, quia etiam rex est, seruit
leges iusta præcipientes & contraria prohi-
bentes conuenienti vigore sanciendo. Sic
seruiuit Ezechias, lucos & templo idolorum
& illa excelsa, quæ contra præcepta Dei fu-
erant extrusa destruendo. Sic seruiuit &
Iosias talia & ipse faciendo. In hoc ergo ser-
uiunt Domino reges cùm ea faciunt ad ser-
uiendum illi, quæ non possunt facere nisi re-
ges, Hæc ille.

Porro quodnam sit officium Principum
rebus Ecclesiæ collaplisis, euidenter docet ex-
emplum Iosiae omniū regum Iuda post Da-
uidem laudatissimi, cuius eximiam laudem
frustra in sacerdotes deriuant Matæologi.
Ita enim scripture. Duodecimo anno postquod
regnare cœperat, mundauit Iudam & Hie-
rusalem ab excelsis & lucis simulachrisque
& sculptilibus. Hæc deinceps copiosius ex-
ponuntur, nulla sacerdotum facta mentio-
ne. Postea recenset scripture, quomodo
iussit rex mundata iam terrā & templo

M. De-

2, Parā 34

AD CENSVRAM THEOLOGA-

Domini instaurari, etiam domum Domini
Dei sui. Ibi Helchias pontifex amissum li-
brum Deuteronomij (egregium sacerdotalis
diligentiae specimen) inter rudera forte re-
perit. Quem Saphan Scriba regi obtulit,
quo accepto rex reuocans in animum horri-
bilem maiorum suorum apostasian vestes
suas præ dolore conscidit. Helchiam Ponti-
ficem adiunctis comitibus aliquot ad Hul-
dam Propheten misit, ut Dominum consul-
lerent. Accepto oraculo, consilium coegit,
librum legis recitauit, omnes ordines, sum-
mos, infimos obedientiae legis obstrinxit.
Recenset deinde copiosè scripture, quomo-
do superstitiones exciderit piissimus Rex,
adeò & nec vetustissimis templis à Salo-
mone ut Hieroboamo contra legem Dei e-
rectis, nec antiquissimis ritibus pepercere.
Quę omnia scripture sic concludit, Abstu-
lit ergo Iosias cunctas abominationes de re-
gionibus filiorum Isral, & fecit omnes qui
residui erant in Israel seruire Domino Deo
suo. Obscro quid hic habet quod sibi arro-
get sacerdotum supercilium? Si vel Helchias
Pontifex vel adeò sacerdotum ordo se op-
posuisset regi repugnanti Ecclesiā, num ijs
cessisset Iosias? Iosiae igitur regis fidem atq;
obedientiam hoc tempore sibi imitandam
proponant Principes, ni fecerint, contem-
pti E-

STRORVM COLON. ACAD. 90

pti Euangelij & negle&ti officij consciensci-
am tandem sustinere non poterunt. Nec
proderit ijs, quèd quædam alioquin iuste,
Prudenter, fortiter, moderatè fecerunt,
quod ciuilem pacem atque tranquillitatem
vtcumque coluerunt. Ut enim hæ res
fluxæ sunt atque temporales, ita quando ad
gloriam Filij Dei non referuntur, fluidam
quoque & temporalem à iusto Deo mer-
cedem propositam habent. Ut in Exem-
plis Augusti, Traiani, Adriani, & simi-
lium patet. Sed ne temere hoc affirmare
videar, audiatur Augustinus in Epistola
52.

Si omnis prudentia tua, inquit ad Mace- Epist. 50;
donium, qua consulere conaris rebus hu-
manis: Si omnis fortitudo, qua nullius ini-
quitate aduersante terroris: Si omnis tem-
perantia, qua in tanta labe nequissimæ
consuetudinis hominum te à corruptioni-
bus abstines: Si omnis iustitia, qua re&te
iudicando sua cuique tribuis, id laborat, id
nititur, vt hi quibus vis vt benè sit, salvi
sint corpore, & ab omni cuiusquam impro-
bitate tuti atque pacati, habeant filios no-
uellos constabilitos, filias ornatas, sicut si-
militudinem templi, cellaria plena eru-
ctantia ex hoc in hoc, fecundas oves,
crassas boues, nec maceriæ ruina defor-

AD CENSVRAM THEOLOGA-

formet prædium, nec litigantium clamor per-
sonet in plateis eorum. Ita non erunt veræ
virtutes tue, sicut nec istorum beatitudo.

Item paulò post. Si quilibet, inquit, admi-
nistratio tua illis, quas commemorauit in-
structa virtutibus, hoc intentionis fine de-
terminatur, ut homines secundum carnem
nullas iniquas molestias patiantur, nec ad
te existimas pertinere, quo istam quietem,
quam præstare niteris referant. Id est ut
verbis nō ambiam, quo Deum verum, ubi est
quietæ vitæ omnis fructus, colant, nihil ti-
bi prodest ad vitam verè beatam tantus la-
bor. Hæc ille. Oculamini ergo Filium, ne
quando nascatur, & percatis de via. Citò
enim ex ardescet furor eius. Beati omnes
qui confidunt in eo. Nec te latere volo lec-
tor fraudem Theologastrorum, qui multa
loca Patrum vanè citant, tantum ut sim-
plicibus & indoctis fucum faciant, qui anti-
quitatem pro aduersarijs stare putant, quan-
do nomina Irnexi, Clementis Hilarij coa-
ceruari audiunt. Fusè de his disserunt, In-
quiunt, Alexandrinus lib. 3. Pedagog. cap.
11. Irenæus lib 2. cap. 45. Augustinus con-
tra Epistolam fundamenti, &c. Obscero
te quisquis es Lector, si uacat, suspice loca
citata. Dispeream si vel unum Iota inue-
neris, quod huc spædet, Quapropter non
miraz

STRORVM COLON. ACAD. 91

miraberis , si pleraque loca surdis auribus
prætereo , cùm Matæologi Patres citando
sepe mulgeant hircum , vt ante quoque di-
ctum est.

Toties nobis inculcant sententiam Deu-
teron.7. Qui superbierit nolens obedire illi ,
qui eo tempore ministrat domino Deo tuo ,
ex decreto iudicis moriatur. Nec vident tal-
pa loqui Mosen non de controuersijs dog-
matum , sed de externis iudicijs in causis ci-
vilibus , vt manifestè declarant anteceden-
tia verba. Si causa aliqua insolita & diffici-
lior quam ut te ex ea explicare possis , in iu-
dicio suborta fuerit inter sanguinem &
sanguinem , inter litem & litem , & inter pla-
gam & plagam , in actionibus iudicialibus , in
portis &c. Quid haec ad controuersam re-
ligionem. Alioquin vos ipsi rei mortis estis
quando Archiepiscopo vestro piæ memoriae
Hermannæ à V Veda optimo Principi Ec-
clesias repurganti nefaria rebellione refi-
stis Pharisaico typho inflati hypocritæ .
Qua in re satis declaraſtis , quanti vobis sit
Episcopal is apex , quem tamen Principibus
ad tollendos abusus Ecelesiasticos vultis esse
remoram.

Celeberrimè illius Nicene synodi coadæ
laudem , quam historici Constantino Impera-
tori tribuunt , Matæologi Sylvestro Roma-

AD CENSVRAM THEOLOGA-

mano Episcopo falso ascribunt, Qui quod
senio confectus esset, ut scribit Theodore-
Ecclesia st. Hist. lib. 2.
cap. 7. tus, Synodo non adfuit, sed duos presbiteros
qui ecompositioni intercesserint, milit. Deinde
constitutionem Apostolicam faciunt, nullam
Synodū fieri debere, propter Romanę sedis
auctoritatem. Mirum si pro hac Sede Apo-
stoli tam fuerunt ambitiosi. Sed Constanti-
ensi & Basilensi Synodis quid fiet, in qui-
bus Papa damnatus est hereticoſ?

Bellum vero quod tandem subiiciunt: Si
negligentes sunt Episcopi, ut prauos suorum
mores aut non corrigant, aut dissimulent,
admonentur benignè. Quod si blandis
admonitionibus nihil aut parum efficitur,
summus est aliquis in Ecclesia Presul, cui
Mant. lib. 2. de vita S. Blasij. deferendum est id negotij, ut in omnibus
rebus iustissimus seruetur ordo. Videlicet
Romam adibunt Principes, & Romam in
caulas atque in Magalia versam, emenda-
tionem Ecclesiarum efflagitaturi. Si se egre-
giè ludibrio exponere volent, obsequantur
Theologastrorum consilio. Verum nos de
doctrinæ corruptela, & Sacramentorum
Christi profanatione, multo maximè accu-
samus sacrificios vestros, non tantum de mo-
rum corruptione.

Transeo nunc ad quintum Dialogum, qui
tractat de iustificatione, quem tot scatere
erro

erroribus, quot complectitur fere sententias
mentiuntur Cenlores nostri. Illud autem
te scire volo Lector, nos quando cum ad-
uersariis de iustificatione disputamus, ne-
quaq; disputationem vanam aut $\lambda\sigma\gamma\omega\alpha\chi\alpha\pi$
instituere, Christi honorem vindicamus,
afflictis, conscientijs firmam consolationem
proponimus Euangelium à lege, legem ab
Euangelio distinguimus, quod illi facere
non possunt, qui iustificationem fidei & ope-
rum confundunt, & perniciose commiscent.
Atque hinc eam absurditatem & obscuri-
tatem, quam Monhemio falso obiiciunt,
ipsi verè incurvant. De iustificatione fi-
dei disputaturi, ita loquuntur, vt Disci-
pulos Aristotelis agnoscas, non Pauli A-
postoli. Quasi verò nihil interlit inter iu-
stitiam Christianam & Philosophicam. Et
sententiam Catholicorum, vt aiunt exposi-
turi, Tridentini Concilij sophismata (vide
curtam Matæologorum suppellecilem) pro-
ferunt à beatissimis scilicet Patribus pro-
mulgata & dictata à Monachis ex Spiritu
non veritatis, sed mendacij, non Christi,
sed Pighij Sophistæ Neopelagiani. Et ea
dicunt, quæ cum scriptura, Patribus & ve-
terum conciliorum decretis ex diametro
pugnant.

Cæterum iustificationis causa, inquit, si
de prior-

AD CENSVRAM THEOLOGA-

de priori loqui ea , qua impius fit iustus, in nobis nullæ reperiri posunt , quamuis nostrum hoc sit , vt animos ad diuinum illud munus accipiendum accommodemus . Palam tribuunt voluntati humanæ ; gratiam Dei & spiritus sancti illuminationem vel repudiare posse , vel liberè recipere , tandem ex Dei virtute detrahentes , quæ à Propheta describitur , Ieremiæ 31. Dabo inquit legem meam in corda vestra , faciamqz , vt in præceptis meis ambuletis . Profetat rechè Augustinus , laborant inquit , homines ut inueniant in nostra voluntate quid boni sit nostrum , quod nobis non sit ex Deo , & quid inueniri possit ignoro .

lib.de pec
cat,merit,
& remiss.

Idem manifestissimè Matæologos refutat ad Simplicianum lib . 1. quest . 2. Deus est qui operatur in nobis & velle & operari pro bona voluntate , Vbi satis ostendit etiam ipsam bonam voluntatem in nobis operante Deo fieri , Nam si propterea solum dictum est , Non volentis neque currentis , sed miserentis est Dei , quia voluntas hominis sola non sufficit ad iuste recteqz viuendū , nisi adiuvemur misericordia dei : Potest & hoc modo dici .

Igitur non miserentis est Dei , sed volentis est hominis , quia misericordia dei sola nō sufficit , nisi cōsensus nostræ voluntatis addatur .

STRORVM COION. ACAD. 99

tur, At illud manifestū est, frustra nos velle, nisi Deus misereatur. Illud autem nescio quomodo dicatur: Frustra Deum misereri, nisi nos velimus. Si enim Deus miseretur, etiam volumus: ad eandem quippe misericordiam pertinet, ut velimus. Deus enim est, qui operatur in nobis & velle & operari pro bona voluntate. Nam si queramus, utrum Dei donum sit voluntas bona? mirum, si negare quisquam audeat. Quare in Concilio Arausicanō Secundo, cap. 4. definitum est, eos resistere Spiritui sancto, qui dicunt Dominum expectare voluntatem nostram, cum Salomon dicat: Præparatur voluntas a Domino. Cumque Paulus dicat ad Philippenses: Deus est, qui operatur in nobis & velle & perficere pro sua bona voluntate. Deinde subiecti sunt anathemati, qui dic erent: Misericordiam Dei concedi violentibus, credentibus, desyderantibus, conantibus, laborantibus, vigilantibus, studentibus, potentibus, querentibus, pulsantibus: non autem faterentur, per infusionem & inspirationem Sancti Spiritus, & divino munere nobis dari, ut velimus, credamus, conemus, laboremus. Citant testimonia e scripturis: Quid habes, quod non acceperisti? Et si acceperisti, quid gloriaris, quasi non acceperis? Et Apostolus de seipso scri-

M. 5 bit:

AD CENSVRAM THEOLOGA-

bit : Gratia Dei sum id , quod sum . Et in septimo capite damnantur illi , qui putant nos naturæ viribus posse aliquid cogitare aut inuenire , quod ad salutem faciat , aut posse sacræ prædicationi assentire , sine illuminatione Spiritus Sancti . Vides candidate Lector , qua fide Catholicorum sententiam recenseant Matæologi . Nam gratia , quam nobis proponunt Sacræ literæ , intellectum nostrum & voluntatem renouat , & pro corde lapideo reponit cor carneum . Non enim tantum suadet rationem , sed prorsus persuadet & flectit , atque mutat voluntatem . Alioqui nequaquam se accommodabit humanus intellectus ad ea recipienda , quibus propter naturam suam adhuc corruptam & vitiatam aduersatur . Itaque Diuus Augustinus de Peccatorum meritis , & remissione eorundem , libri secundi capite decimo septimo rectè scribit : Ideo quisque nostrum bonum opus suscipere , agere , implere nunc scit , nunc nescit , nunc delectatur , nunc non delectatur , ut nouerit non suæ facultatis , sed Diuini munieris esse , quòd scit vel quòd delectatur , ac sic ab elationis vanitate sanetur . Qui sic in portu , quod aiunt , impingunt , quid ab ijs in progressu boni expectes ?

Iam videamus , quos illi ex Concilio Tri-

den-

STRORVM COLON. ACAD. 94

dentino gradus & quas præparationes sternant ad iustificationem. Primū, inquit, homo iustificandus à Dei gratia vocatus & excitatus, incipit ea credere, quæ habentur in Sacris literis: Deinde concutitur timore peccatorum, quæ admisit. Postea respiciens ad misericordiam Dei, incipit bene sperare, concepta hac fiducia amat Deum: Ex qua dilectione nascitur in eo quædam peccatorum detestatio, propositumque rectè viuendi. Postremo recipitur Baptismus, aut Sacramentum pœnitentiæ: atque hic sitam esse aiunt iustificationem.

Hæc ex Pig hij cerebro profecta sunt, quæ neque cum Scripturis, neque cum Patribus consentiunt. Credidit Abraham Deo, inquit ille, & reputatum est illi ad iustitiam, etiam cum esset adhuc in præputio. Deinde accepit Circumcisionem tanquam ἔφεσιν iustitiae iam perceptæ.

Quin isti ponunt fidem, timorem Dei, spem, charitatem, detestationem peccati, & nouum propilium rectè viuendi, tantum esse præparationes quædam ad iustificationem: statuunt hominem posse esse perfectū anteq; iustificetur. Longè verò melius scripturæq; magis consentaneè Chrysostomus: In Rōe Quam primū, inquit, homo credit, iustifica- man. ser-
tus est. Sed desino istas ineptias persequi. mone 7.
Tantum

AD CENSVRAM THEOLOGA-

Tantum ea defendam , quæ ex Catechismo
Monhemij conuellunt Matæologi.

Primò, Lancinandum sibi sumunt , quod
dixit Monhemius, iustificationem esse à pec-
catis absolutionem. Contendunt hac voce
plusculum significari, & iustificationem cum
sanctificatione seu innouatione confundunt .
Porro disputatio hæc διανοεμίας verbi iu-
stificari continetur. Cuius propriissima si-
gnificatio est, iudicari, comprobari, deputa-
ri & laudari iustum. Quia verò nemo San-
ctorum Legi Dei satisfacit, & omnes le pec-
catores esse fatentur , & iudicium Dei de-
precantur, iuxta vocem Psalmi: Non intres
in iudicium cum seruo tuo , quia non iusti-
ficabitur in conspectu tuo omnis caro vi-
uens (sicut in defensione Dialogi 3. decla-
ratum est) fit ut nemo coram Deo censeatur
iustus, nisi qui peccatis absoluitur. Rur-
sus, quia nemo remissionem peccatorum ac-
cipit, quin spiritu Dei innouetur, fit ut vo-
cabulum iustificandi in scripturis interdum,
in Patrum scriptis plèiunque non tantum
peccatorum remissionem, verùm etiam san-
ctificationem atque innouationem conclu-
dat. Atque id est, quod contendunt aduer-
sarij. Denique quia Deo placent opera ex
innouatione profecta, fit ut iustificandi vo-
cabulū etiam significet donari laude & re-
tribu-

tributione bonorum operum. Quia vero
nec obedientia Sanctorum Deo placere, nec
opera eorum bona renumerari possunt
absque gratia peccatorum, idcirco omnis
Sanctorum fiducia in eam iustificationem,
qua peccatorum remissione definitur, re-
cumbit. Estque detestanda Matæologorum
excitas, qui hanc principem iustificandi ra-
tionem, ex qua reliquæ dependent, in scri-
pturis non agnoscent. Paulus Roman. 4.
aperte iustificationem in remissione pecca-
torum, & imputatione iustitiae Christi col-
locat. Roman. 6. Qui mortuus est, iustifica-
tus est à peccato, id est, absolutus est. Act. 13.
Notum igitur sit vobis viri fratres, quod per
hunc vobis remissio peccatorum annuncia-
tur, & ab omnibus, à quibus non potuistis
per legem Moysis iustificari, per hunc om-
nis qui credit iustificatur, id est purgatur &
liberatur utique à peccatis. Sic est & illud,
quod Dominus dicebat de Publicano: De-
scendit hic iustificatus in domum suam præ
illo, id est, peccatis suis absolutus. Ille enim
malè sibi conscient, vix oculos audebat ad cœ-
lum attollere, atq; ita animo prorsus deie-
&to, Domine, inquit, propitius esto mihi pec-
catori. Atque hac confessione agnoscebat se
nihil adferre ad Deum nisi peccata, eoq; o-
rabat, ut ea sibi condonarentur. Is., inquit
Chri-

AD CENSVRAM THEOLOGA-

stus , descendit iustificatus in domum suam : Qua de re præclare Augustinus de sancta Virginitate , capite trigesimo secundo : Eenumerationi , inquit , meritorum præfertur confessio peccatorum . Sancti vero patres , tam eti plerunque (ut dictum est) & peccatorum abolitionem & mentis innouationem voce iustificationis complectantur , tamen non raro simpliciter etiam pro remissione peccatorum ea vtuntur , vt Ambrosius in Epistolam S. Pauli ad Romanos capite octavo : Quomodo , inquit , impletur in nobis iustificatio , nisi cum datur remissio omnium peccatorum , ut sublatis peccatis iustificatus appareat , mente seruiens legi Dei . Item Hilarius in Matthæum , cap . 9 . Mouet , inquit , Scribas ab homine remissum peccatum : hominem enim in Christo Iesu contuebantur , & remissum ab eo , quod Lex laxare non poterat . Fides enim sola iustificat . Et Augustinus libro 2. contra Julian . Iustificatio porrò , inquit , in hac vita nobis secundum tria ista confertur . Prius Lauacro regenerationis , quo remittuntur cuncta peccata . Deinde congressione cum vitijs , à quorum reatu absoluti sumus . Tertiò , dum nostra exauditur oratio , qua dicimus : Dimitte nobis debita nostra . Hic vides Augustino primam & tertiam iustificationis speciem

nihil

nihil esse, q̄ reniissionem peccatorum. Secundam ponit in studio innouationis nostræ, de qua & illud Apocalypses est: Qui iustus est, iustificetur adhuc. Augustinus de Trinitate libri 13, cap. 16. Iustificati, inquit, in sa-
guine ipsius. Iustificati planè in eo, q̄ à pec-
catis omnibus liberati. Liberati aut à pec-
catis omnibus, quia pro nobis est Dei filius,
qui nullum habebat peccatum, occisus. Quid
dici potuit planius. Nam q̄ isti Monhemiu
sanctificationem à iustificatione excludere
dicunt, mera calunnia est. Tantū principem
iustificationis spetiem, gratuita Dei acce-
ptione cōtineri docet, ut pauidæ cōscientiæ
firmam, cui innitantur, consolationem ha-
bere possint. Atque hæc doctrina, non ex
Grammatica aut Aristotele Patriarcha ve-
stro, neque ex eius interpretibus, siue Ara-
bes illi, siue Græci, siue Latini sint: sed ex
scriptis Propheticis & Apostolicis, & ho-
rum interprete Spiritu haurienda est.

Citant Augustinum de Fide & Symbolo
capite nono, quasi is doceat, Charitate nos
reconciliari Deo: Cùm Augustinus eo loco
aliorum opinionem referat, qui sentiebant
Spiritum Sanctū esse Patris & Filij ad se in-
uicem charitatem, quod multis testimonijs
probare nitebantur, & vel eo ipso, quod per
Spiritum Sanctum reconciliamur Deo, &c.

O mi-

AD CENSVRAM THEOLOGA-

O miseros Theologastros, qui talia suffragia
quærunt. Cur non audiunt Augustinum,
planè & disertè, quid ipse de reconciliatio-
Lib. 01. ne iuxta scripturas sentiat pronunciantem.
de ciuit. Christo Sacerdote ac sacrificio fit remissio
Dei, ca- peccatorum, id est, per mediatorem Dei &
pite 22, hominum hominem Christum Iesum, per
quem facta peccatorum purgatione, recon-
ciliamur Deo, quorum in hac vita non fit
nostra virtute, sed diuina miseratione pur-
gatio, per indulgentiam illius, non per no-
stram potentiam, quia ipsa quantulacunque
virtus, quæ dicitur nostra, illius est nobis bo-
nitate concessa. Multum autem nobis in
hac carne tribueremus, nisi usque ad eius
depositionem sub venia viueremus. Haec
nus ad primum articulum.

Secundus articolus, quem sibi impugnan-
dum sumunt, Ipsí hunc ponunt: Veram iu-
sticiam in pijs nullam inesse, sed tantum im-
putatione iustos esse, externa scilicet Chri-
sti iustitia. Hic ignorant, num summam im-
pietatem, aut inscitiam Monhemij magis
admirari debeant. Nos vero calumniam i-
psorum & impietatem miaus miramus, po-
steaq; haetenus nihil aliud spirarunt, q; men-
dacia, virulentias, impietas. Magno, si
Dijus placet, supercilio quærunt: Tantumne
Christus potuit mortis acerbitate, ut iusti-
tia

STRORVM COLON. ACAD. 97

tia nos cumularet ac perfunderet , quam
præuaricatione Adamus omnibus abflulit ?
Multæ deinde inepta grunniunt , & inter cæ-
tera Verificatorem , nescio quem , profana
Philosophia nonnihil imbutum , tanq; impi-
um canem contra iustitiam Christifidelibus
imputatam hiniuentem , introducunt.

Monhemius , tametsi recte iuxta Scriptu-
ras tradat , in remissione peccatorum præci-
puè sitam esse peccatoris iustificationem ,
tamen nequaquam negat , imo multis verbis
astruit , præter condonationem peccatorum
Spiritus Sancti beneficio succedere totam
hominis iustificationem . Folij quadrage-
simi noni facie secunda : Qui hanc fidem
consequuntur , inquit , renascuntur quoq; , vt
bene operentur , vt legem faciant , & quæ
sequuntur præclara . Calumniosa est igitur
Matæologorum de iustitia inhærente , con-
tentio .

Cùm tam multis scripturæ testimonijs sen-
tentiam suam confirmet Monhemius , Ma-
tæologi iu tam prolixo de iustitia inhæren-
te grunnuunt , ne vnum quidem locum profe-
runt , qui inchoatam nouitatem pro iustitia
apud Deum probari testetur , vel in totum ,
vel ex parte . Porrò ostendimus in dæfen-
sione tertij Dialogi multis testimonijs , Re-
matoz nequaq; propter inhærentem vitiosi-

N tatem ,

AD CENSVRAM THEOLOGA-

tatem legi Dei satisfacere , & idcirco iusti-
tiam iuharentem, sine delictorum venia in
iudicio Dei neutquam consistere posse .
Quod in Dauidis exemplo luce clarius est.
Is enim, tametsi iam renatus esset, & iustitia
inharente per Dei Spiritum ornatus, tamen
graui morbo pressus , cum inharentem sibi
vitiositatem attentiū consideraret , postq
multa & varia animo voluisse , tandem in
hanc vocem erupit : Beati, quorum remissae
sunt iniquitates , & quorum tecta sunt pec-
cata : Beatus vir , cui Deus non imputat pec-
catum. Quibus verbis significat, conscienc-
tiā hominis afflīcti & sensuræ Dei pressi ,
acquiescere non posse , nisi in illa principe
iustificationis specie , quæ est in remissio-
ne peccatorum .

De Ciuitate Dei ,
lib. 19. ca-
pte 27.

Præclarè igitur Diuus Augustinus : Ipsa
quoq; nostra iustitia, quamvis vera sit, pro-
pter veri boni finem, ad quem referuntur , ta-
men tanta est in hac vita, ut potius peccato-
rum remissione constet , quam perfectione
virtutum. Testis est Oratio totius Ciuitati-
cis Dei, quæ peregrinatur in terris. Per om-
nia quippe membra sua clamat ad Deum :
Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos di-
mittimus debitoribus nostris . Vides can-
dide Lector manifestè huius sanctissimi vi-
xi testimonio , iustitiam Sanctorum Dei re-
missione

missione potissimum peccatorum nostorum consistere.

Pulcherrimè hos inflatos & superbos Hypocritas confusat idem Augustinus, in Psalmum centesimum vigesimum nonum: Si iniqüitates obseruaueris Domine, Domine, inquit, quis sustinebit? Ecce apparuit, de quo profundo clamaret. Clamat enim sub moliibus & fluctibus iniqüitatum suarum. Circumspexit se: circumspexit vitam suam: vidit illam vndiq; flagitiis & facinoribus copertam. Quacunque respexit, nihil in se bonum inuenit, nihil illi iustitiae serenum potuit occurrere. Et cum tanta & tam multa peccata vndique, & cateruas scelerum suorum videret, tanquam expauescens exclamavit: Si iniqüitates obseruaueris Domine, Domine quis sustinebit? Non dixit, Ego non sustinebo, sed, Quis sustinebit? Vedit enim propè totam vitam humanam circumlatrari peccatis suis, accusari omnes conscientias cogitationibus suis, non inueniri cor castum præsumens de sua iustitia. Si ergo cor castum non potest inteniri, quod præsumat de sua iustitia, præsumat omnium cor de misericordia Domini Dñi sui, & dicat Deo: Si iniqüitates obseruaueris Dñe, Dñe quis sustinebit? Quæ aut spes est? Quoniam apud te propitiatio est. Et quæ est ista propi-

N 2 tiatio,

AD CENSVRAM THEOLOGA-

tatio , nisi sacrificium ? Et quod est sacrificium , nisi quod pro nobis oblatum est ? Sanguis innocens fusus deleuit omnia peccata nocentium . Pretium tantum datum redemit omnes captiuos , de manu captiuantis ini mici . Ergo est apud te propitiatio . Nam si non esset apud te propitiatio , si iudex solùm eise velles , & misericors esse nolles , obseruares omnes iniquitates nostras , & quereres eas , quis sustineret ? quis ante te staret , & diceret , Innocens sum ? quis staret in iudicio tuo ? Spes ergo vana est , quoniam apud te propitiatio .

Dulcissima est hæc Augustini concio , & plena Euangelicæ consolationis , quæ Mon hemij sententiam egregiè astruit , & Matæologos planè ac dilertè refutat . Etenim haud obscurum est , quid de hæresi Theologastrorum sentiat , qui vitam humanañ circumlatriari peccatis suis , accusari conscientias omnes cogitationibus suis , non inueni xi cor castum , quod sumens de sua iustitia pronunciat , & quidem verissimè .

Augustinus verò , dum de impuritate & imperfectione partialis huius iustitiae disputat , versari videtur in suis eastris , vt in illo venari huius controværsiæ testimonia , sit in mari (quod dici solet) aquam quare ge . Error hic Matæologicus ex eo nascitur , quod

STRORVM COLON. ACAD. 99

quòd renatos legi Dei satisfacere somniant.
Quem errorem abundè confutauimus in
Defensione tertij Dialogi , ideo nunc non
congeram multa testimonia.

Facere non possum , quin vnum atq; al-
terum testimonium adducam ex Gregorio
Primo , qui , quòd Patriarcha Romanus fuit ,
magnæ apud Censores nostros au&oritatis
esse debet , super illud Iobi : Si habuero
quippiam iustum , non respondebo , sed iudi-
cem meum deprecabor : Omnis humana
iustitia , inquit , vt sæpe diximus , iniustitia
esse conuincitur , si districte iudicetur . Item :
Notandum verò , quòd vir sanctus non ait ,
Fullerunt mundissimæ manus meæ , sed , ve-
lut mundissimæ manus meæ . Quia quo usq;
corporeæ corruptione cōstringimur , quam-
libet rectis operibus veram munditiem ne-
quaquam apprehendimus , sed initiamur . I-
dem in Moralibus : Vx laudabili vitæ ho-
minum , si remota pietate iudicetur . Quia
districte discussa ante oculos iudicis , vnde
se placere suspicatur , corruit . Si à do&ri-
na Apostolica non discesserunt Episcopi , vt
volunt ipsi , cur nō accedunt intentia Gre-
gorij , nemini eorum , siue eruditonem spe-
ctes , siue eloquentiam , siue vitæ sanctimo-
niam , secundi ? Cur de inhærente iuslitia ,
tanquam plena & absoluta cōtendunt , quam

N 3 Gre-

AD CENSVRAM THEOLOGA-

Gregorius initialem duntaxat esse pronuntiat? Non negat Monhemius iustificatis fide aliquam ineffe iustitiam, sed eam pro iustitia reputari docet, merito iustitiae Christi nobis donatae, & fide acceptae, cui soli fiducia nostra tutò innititur.

Euicta, conuulsa, consciissa, protrita Matæologorum de iustitia inhærente hæresi, Concilij Tridentini fulmen nequaq; extimescimus, sed intrepidè progredimur.

Tertio itaq; loco causarum partitionem arrodunt, qd; fidem dixit iustificationis esse formam: materiam Christi obedientiam & meritum: finem verò iustitiae Dei demonstrationem. Maluissent friuolam & nugatoriam causarū partitionem, quam Papæ mancipia Concilio Tridentino statuunt, scholæ proponi. Tolerabilis est Monhemij partitio. Quæ si cui minùs placet, hanc habeat: Sit efficiens, sola Dei gratia, misericordia, fauor: Sit formalis, redemptio & satisfactio Christi Iesu: materialis, homines cuiusvis generis peccatis obnoxij, & deslitudi gratia Dei: instrumentalis duplex est: Quoad Deum, est Christus, quo via est Divina bonitas proximata: quoad nos, est fides, qua Dei misericordiam & promissiones percipimus. Finalis est iustitiae Dei demonstratio,

Quid

Quid verò Monhemio mastyges? Iustificatio, quia est imitatio quædam (inquiunt) ex nulla materia propriè conslat. At qui hæc, de qua loquuntut, imitatio, in secundo ordine iustificationis locatur, non in primo, de quo loquitur Monhemius.

Nec vident liberide cæciores, nos gratuita potissimum acceptione iustos esse, eaque iustitia, quæ non in qualitate seu habitu, sed in prædicamento relationis sita est. Inest quidem iustificatis etiam iustitia qualitativa, sed in ea iustitia non potest esse iustificatio, quod ea nostro vitio imperfecta sit, neque possumus cum ea ad tribunal Christi consistere, sicut tam multis testimonij ostensum est. Praeclarè Diuus Augustinus: Lætamini in Domino, & exultate iusti. O qui lætamini in vobis, o impij, o superbi, qui lætamini in vobis, iam credentes in eum, qui iustificat impium, deputatur fides vestra ad justitiam. Lætamini in Domino, & exultate iusti. Exultate, subauditis in Domino. Quare? Quia iam iusti. Vnde iusti? Non meritis vestris, sed gratia illius. Unde iusti? Quia iustificati.

Quarto loco reprehendunt Aduersarij, quod dixit Monhemius, fidei effectum esse iustificationem. Atq; hic rursum istis bestijs & stupidi sumus, & sensu communī destitu-

AD CENSVRAM THEOLOGA-

Si, atque omnem exuimus pudorem, utpote
qui hæc tam ridicula & falsa, repugnante
conscientia, tanquam vera & sacra oracula,
aliis credenda proponamus.

At si nos hæc conuictia totidem verbis in
ipsos regeramus, & iuste id fecerimus, &
rem ita se habere, innumeris tam Scriptu-
rarum quam sanctissimorum Patrum testi-
moniis docere poterimus. Fidem enim vi-
am tantum & præparationem ad iustifica-
tionem esse volunt, & ideo Petrum dixisse:
Fide purificans corda ipsorum. Item & Pau-
lum: Arbitramur hominem iustificari per
fidem, absque operibus legis. Sed, quia ea,
quæ dicunt, cum vniuersa scriptura, & tot
Patrum sententiis, præsertim cum egregia
illa Apostoli Pauli de iustificatione dispu-
tatione pugnant, liberè pronuncio:

Sunt apinè erritæq; & si quid vilius istis.

Diximus suprà, formale iustificationis esse
redemptionem & satisfactionem Christi,
fidem causam instrumentalem. Est enim fi-
des velut animæ manus, qua beneficium
Christi Iesu filij Dei recepit, quod charitati
& aliis Theologicis virtutibus minime con-
uenit. Et tamen Theologastrorum cæcitas
vix iustificandi fidei cum charitate, eleemo-
syna, & aliis virtutibus ac bonis operibus

com-

STRORVM COLON. ACAD. 101

communem facit , & contendit , non minus
re&tè dici posse , causam iustificationis esse
pœnitentiam , quam fidem.

Quis non miretur horum hominum stu-
pidam vacordiam? Siccine charitatem , ti-
morem Dei , inuocationem , pœnitentiam
præstabit homo extra Christum , alienus à
Deo , neandum iustificatus ? Nonne sacrae li-
teræ docent hominem , priusquam iustifice-
tur , versari in operibus malis , & in odio dei ?
Sed quid sacras literas istis obijcio , quibus
ex sunt natus cærus , & qui perpetuò di-
gitant sensum eorum in patribus rimandū ?
Audiant ergo Patres . Augustinus de fide &
operibus , Cap. 14. testatur opera non præ-
cedere iustificationem . Sequuntur , inquit ,
iustificatum , non præcedunt iustificandum .
Iam quero quomodo vel charitas , vel reliquæ
virtutes possunt esse vlo modo cause iusti-
ficationis , cum eam sequantur , si non tempo-
re , certè ordine ?

Rursus Augustinus in præstationem Psal-
mi 31. Credenti , inquit , in eum qui iustifi-
cat impium , deputatur fides eius ad iustiti-
am . Si iustificatur impius , ex impietate iu-
stus , si ex impietate iustus fit , quæ sunt opera im-
piorum ? Iactet iam impius opera sua & di-
cat : Do pauperibus , nihil alicui aufero , non
Vxorem alienam cuncepisco , nec quenquam

Col. 1,
Eph. 2

AD CENSVRAM THEOLOGA-

occido, nulli fraudem facio, depositum apud
me nullo teste, repræsento. Hæc omnia di-
cat. Quero vtrum pius fit, an impius? Et
quomodo sum impius, inquit, ista faciens?
Quomodo illi de quibus dictum est: Et ser-
uierunt creaturæ potius, quam creatori, qui
est benedictus in secula. Quomodo non es
impius? Nihil aptius dici potest contra erro-
rem Theologastrorum.

Sed audiamus, quibus argumentis erro-
rem suum confirmare nitantur. Citant Eze-
chielem cap. 18. Si impius egerit pœnitenti-
am ab omnibus peccatis suis, quæ operatus
est, & custodierit præcepta mea, vita viuet,
& non morietur, omnium iniquitatum eius
quas operatus est, non recordabor in iusti-
tia sua quam operatus est. viuet. Item Iohe-
lem capite 2. Conuertimini ad me in toto
corde vestro, &c. Item Esaiam cap. 1. Si fu-
erint peccata vestra ut coccinum, quasi nix
dealbabuntur. Ex his locis Matæologi pœ-
nitentiam esse causam iustificationis falsò
colligunt: Nam cum ostendere neminem
possint, qui talem, qualem Prophæ requi-
runt pœnitentiam, nondū iustificatus præ-
stiterit, inane uimirum & futile est eorum
argumentum.

Adducunt & Christi testimonium: Bea-
ti misericordes, quia misericordiam conse-
quentur

STRORVM COLON. ACAD. 102

quentur. Tribuitur sanè beatitudo virtutibus iustificatorum, sed illa pendet à Princepe illa specie beatitudinis, quæ constat reconciliacione cum Deo, & remissione peccatorum, sicut patet exemplo Dauidis. Is enim cum diceret. Beatus vir, cui non imputavit Dominus peccatum, tametsi charitate timore Domini, studio legis, & alijs huiusmodi virtutibus insigniter ornatus erat, tamen cum grauiter affligeretur, & in agone mentis suæ, videret vitam suam peccatis suis circumlatrari, seque à cogitationibus suis grauiter accusari sentiret, nequaquam in virtutibus suis acquiescit, sed ad illam speciem beatitudinis, quæ est in remissione peccatorum, tanquam ad sacram anchoram confugit. Et cum hæ virtutes effectus sunt iustificationis, quis est iste stupor Theologastrorum, ut causam esse dicant. An nondum in illa rixandi officina didicerunt, effectus subordinari suæ causæ?

Adferunt & sentiam Salomonis Poruerbio. 15. Per misericordiam & fidem purgantur peccata. Quero cum Augustiuo, qui facit misericordiam, vtrum pius sit, an impius? Si pius, vtique iustificatus est. Sin impius, quæ sunt opera impiorū? Omnem quippe sanitatem & iustitiam (vt Origenes in Hiob. lib. I. inquit) quam facit aliquis extra fidem,

AD CENSVRAM THEOLOGA-
fidem , eam gratis , & in perditionem suam
facit.

Iaculantur & dictum Christi, Luc. ii. Da-
te eleemosynam , & omnia mūda sunt vobis,
Auceps est huius loci interpretatio. Si ora-
tio illa Christi ironica est, vt quidam expo-
nunt, nihil pro Matæologis facit. Is tunc e-
nim hic erit sensus: Cum vos Pharisei, pleni
sitis rapina & malitia , tamen tam vçcordes
estis, vt propter qualescumque eleemosynas
vestras, pütetis omnia munda esse vobis . Si
ironica non est, restringenda erit ad mun-
ditiem ciborum , de qua loquebatur Chri-
stus . Alioquin ex hoc loco confirmabitur
absurdissimus error , homines quantumvis
consceleratos, si largè præstent eleemosynas.
puros esse, quem multis alicubi consutat Au-
gustinus. Vide , si placet , Augustium de
verbis Domini in Euangeliō secundum Lu-
cam, Sermone trigesimo. 30.

Citant & loca Daniel. 4. Peccata tua E-
leemosynis redime. Item Iob. 12. Eleemosy-
na à morte liberat , & ipsa est quæ purgat
peccata . Sed nos iam offendimus ex Augu-
stino, opera non præcedere iustificationem,
sed sequi. Quapropter effodus sunt, nō cau-
sæ. Salomen , Daniel , Tobias , de ærumnis
loquuntur , quas propter peccata Deus ho-
minibus immittit. Sancte Deus operibus, quæ
profici-

proficiuntur ex fide , multa tribuere solet,
præsertim quo ad flagella, & poenas lenien-
das.

Quod verò ad locum Esaiae cap. 58 . atti-
net, Frange esurienti panem tuum &c. con-
cedimus sancti iustificationis inesse iustitiam in-
hærentem, quæ est ex sanctificatione , quam
in secundo ordine iustificationis supra col-
locauimus . At hæc veræ illius & Principis
iustificationis causa non est , vt diximus, sed
tantum accidens inseparabile.

Vt probent charitatem æquè ac fidem iu- 1.Pet. 4.
stificare , adferunt locum Petri , principis
scilicet Apostolorum . Charitas operit mul-
titudinem peccatorum . Citant & Iacobum
in eandem sententiam . Atque hic plusquam
asininam produnt iniicitiam . Apostoli enim
sententiam suam è Salomone mutuati sunt ,
Proverb. 10. qui sic habet : Odium excitat
conuitia . Quem enim quis odit , eius crimi-
na , quantum maximè potest , detegit , præ-
dicat , exaggerat . Subiicit è contrario Salo-
mon . Charitas operit multitudinem pecca-
torum . Nam qui se mutuo diligunt , solent
se mutuò defendere , & alter alterius vitiæ
tegere , quantum per conscientiam fieri po-
test . Nihil itaque hic loquitur de remissione
peccatorum coram Deo .

Proferunt & dictum Christi Luc. 7. Di-
missam

AD CENSVRAM THEOLOGA-

missa sunt ei peccata multa, quoniam dilexit multum. Sed quae sit horum verborum sententia, ex præmissis liquet. Fastidiebat superbus & arrogans Pharisæus peccatricis præsentiam. Cogitabat apud animum suum, Si Propheta esset hic, sciret utique, quae & qualis esset ea mulier, quem tangit eum, quoniam peccatrix est. Christus ergo ab effectu iustificationis, ostendit eam a peccatis suis absolutam esse. Recenset Pharisæo parabolam de Fœneratore quopiam, cui duo debitores fuerant, quorum unus quinquaginta denarios debebat, alter quingentos, sed cum non essent soluendo, donauit utrisque. Rogat, uter horum tam liberalem creditorem magis diligit, respondet Pharisæus, eum magis diligere, cui ingens illud debitum remissum sit. Conuersus ergo ad Mulierem Dominus, Pharisæo luculenta illa signa dilectionis ostendit, quibus mulier ipsum anteibat, unde agnoscere debebat, illam iustificatam esse, & ideo minime fastidiendam. De causis iustificationis, optime Lector, cum Theologastris disceptatio est, ex ex verbis Christi manifestæ sunt. Efficiens est, Liberalitas creditoris. Formalis, nominum inductio est, Materialis, Debitricis, quae soluendo non erat, penuria, Instrumentalis, fides recipiens beneficiū condonati debiti, cuius effectus

STRORVM COLON. ACAD. 104

effectus est dilectio erga tam liberalem creditorem, eius dilectionis signa, quod in oculos incurrebant, Christus monstrabat Pharisæo. Finis fuit gloria gratiæ Christi, & misere mulieris salus. Itaque Christus vocem suam ad mulierem ipsam dirigens, Fides tua inquit, te saluam fecit, vade in pace,

Eccles. i,

Expellit sane timor Domini peccatum, ut Rom. 10, habet Ecclesiasticus, ab aduersarijs citatus, sed ne admittatur, non autem ut aboleatur commissum. Scripsit etiam ex Iocie Apostolus, Omais qui inuocauerit nomen Domini, saluus erit. Sed cur scelerate recitent quod subsequitur: Quomodo inuocabunt, in quem non crediderunt? Est itaque inuocatio effectus iustificationis, non causa, eamq; non præcedit sed sequitur.

Postquam fustra scripturæ testimonia iaculaudo se fatigarunt Matæologi, suo more ad calumniam se couertunt, & Monhemium charitatem & reliquas virtutes à iustificatione excludere crocitant, cum id ne personum quidem integerrimo viro in mentem venerit. Nec de hac questione controvèrtitur: Sintne in iustificatis charitas & bona opera? Sed de causis iustificationis, disceptatur. Nos cum Augustino dicimus, bona opera sequi iustificatos, non præcedere iustificandos, Virtutes iustificatorum effectus

AD CENSVRAM THEOLOGA-

effe^stus esse iustificationis , non causas . Mat^teologi è diuerso contra innumera scripturarum , & Patrum testimonia , causas esse & præparationes contendunt , quod tam est falsum , quām id quod falsissimum . Cumque & gloriam Christi officijs suis obscurent , & firmam conscientiarum consolationem obliterent , nos eis necessario resistimus , & iacula eorum fortiter repellimus .

Quia tamen Apostoli auctoritate premissa sentit Censorium acumem , vt se expediant , iubent aduertere Monhemium , quām solidam causam Catholici adferant , cur tam sedulus ac multus fuerit Apostolus in fidei commendatione .

Quid dignū tanto feret hic promissor hiatu Parturient montes nascentur ridiculus mus .

Quia Iudæi multum operibus tribuentes , (Romanos Iudæis commiscent) fidem ut adventitium quiddam & extraneum , non magnificiebant , ideo tam multis contendit Apostolus , vt fides pro dignitate sua estimeatur , nihil interim eorum , quæ & ipsa ad iustificationem requiruntur , excludens . Scilicet id laborat , iuxta horum sententiam , Paulus , vt fides in earum , quæ ad iustificationem præparant , virtutum catalogum , recipiatur . Ofriuolum prorsus , inane & ri-

dica

STRORVM COLON. ACAD. 103

diculum commentum, quod sub titulo Catholici sensus, Matæologica obtrudit improbitas. Atque Apostolus non tantum disputat nos iustificari fide, sed addit, gratis & absque operibus. Quibus verbis istorum commentum euertitur. Denique tota illa Pauli disputatio, est istius commenti confutatio.

Deinde addunt fidem peculiariter quipiam habere, quod in alijs virtutibus non ita commode inuenitur, esse nempe omnium fundamentum & basim, efficere ut actiones omnes à fine vero non deuient, sed dum in eum destinantur, ab eo rectitudinem sortiuntur & bonitatem. Atq; haec tenus quidem non male, & ab ijs quæ supra de operibus non renatorum dixeré, dissentaneè. Sed addendum erat fidem formare & perficere bona opera, alioqui mortua & inutilia, & idcirco non bona. Sicut Origenes, aut quisquis est ille scriptor, in Iobum, lib. i. docet. Omnia quæ faciunt homines, inquit, siue in virginitate, siue in abstinentia, siue in corporis castitate, siue in carnis suæ combustione, siue in distributione bonorum suorum, ea inquam, omnia gratis faciunt, si non ex fide ea faciant.

Chrysostomus etiam exponens ea verba Pauli ad Timothi, Ex quibus est Hymenæ-

I. cap. ihes mil. 5^e

O us &

AD CENSVRAM THEOLOGA-

us & Alexander qui naufragium fecerunt à fide. Nam si fides absque operibus mortua est, inquit, multò magis opera sunt mortua absque fide. Considera lector argumentum à minori. Ait enim, opera magis esse mortua sine fide, quam est fides sine operibus.

Obtinuimus hæc tenus testimonijs Scripturæ & Patrum, opera neque præparationes esse, neque causas iustificationis, sed effecta. Theologastri autem fallere conantur Sophismate admodum iplis familiari, quod Dialectici appellant à non causa, ut causa. Nunc testimonia aliquot Patrum recitabo, quibus probatur fidem solam absq; operum adminiculo iustificare.

Origines in Rom. in hæc verba. Exclusa est gloriatio tua. Per quam legem? Factorum? Non: Sed per legem fidei. Arbitramur enim iustificari hominem per fidem absque operibus legis. Sufficit, inquit, solius fidei iustificatio, ut aliquis tantummodo credens iustificetur, etiam si nihil ab eo boni operis factum sit, & exempli causa proponit latronem illum, vna cum Christo crucifixum & mulierem illam, cui Christus respondit: Fides tua te saluam fecit. Postea obiicit sibi aliquem ista audientem reddi posse secundum, & contemnere bona opera. Sed respondeat eum, qui post iustificationem non recte

vixerit.

vixerit, abijcere gratiam iustificationis. Nemo autem, inquit, accepit veniam peccatorū ad licentiam peccandi. Indulgentia enim datur non futurorum criminū, sed præteriorū. Cyprianus ad Quirinum cap. 4: Fides, inquit, tantum prodest, & quantum credimus, tantum possumus. Hilarius etiam in Matthæum: Fides, inquit, sola iustificat. Item Ambro sius ut in Rom: sēpe, ita ad 2. Corinth. 4. Constitutum inquit, est à Deo, ut qui credit in Christum, saluus sit sine opere, sola fide.

Chrysostomus in hac rē mirus est in cap. 3. ad Rom. in hæc verba. Exclusa est gloriatio. In hoc, inquit, demonstratur virtus & potentia Dei, quod seruauerit, iustificauerit, & glorificationem induxerit sola fide absq; operibus.

Item in principio 4. cap. Fide inquit, saluari eū qui opera non habeat, nihil fortasse fuerit insolentię. Eum verò qui reftē factis cōspicuum se fecerit, nō ex iplis, sed ex fide iustū fieri, hoc scilicet admirabile est, & quod maximē fidei potentiam manifestat. Hinc intelligere possunt Censores nostrī, licet fides habeat comites spem & charitatem, & alia bona opera, quod manifestū est in Abraham & Dauidē, tamē illa non facere ad apprehendendam iustificationem.

AD CENSVRAM THEOLOGA-

In Hym-
no contra
Infideles.

Possem h̄ic multa congerere Patrum te-
stimonia, quibus cum lapidetur Matæologo-
rum sententia, non possum non exclamare
cum Prudentio:

Væ captiosis Sycophantarum strophis,

Væ versipelli astutiae.

Nam quod isti dicteant, fidem basim duri-
taxat esse, & fundamentum, pugnat cum eo
quod legimus sapientiæ 15. Nostre Deum est
consummata iustitia. Quid ad hanc sen-
tiam dicent Matæologi? Nam libri fidem e-
levare non poterunt, cum ipsi eum pro cano-
nico habeant, & si eleuare volent, Christus
idem apertissime testatus est in Euangeliis:
Hæc est, inquit, vita æterna, ut cognoscant
te solum verum Deum, & quem misisti Ie-
sum Christum. Nec quod garriunt, vñlis scri-
pturarum testimonii probare possunt.

Quintus articulus quem sibi conuellendū
sumant, est hic: Nullam planci iustificationem
nos operibus pijs promerer. Cui & sextum
adiungunt. Non deberi operibus bonis vi-
tam æternam, tanquam debitam eorum mer-
cedem. De his articulis disputaturi, suo mo-
re rem a rabiosa calumnia auspicantur. Atq;
hic istis Diabolis ab omni pietate alienissimi
sumus, & ad omnem impietatem frena laxa-
ri volumus, & quo plures in nostram sen-
tiam trahamus, facultatem flagitious homi-
nibus

nibus facimus, cuauis etiam sceler a com-mit-
terdi. Nos vero si istos porcos de bonis ope-
ribus grunnire malle, dicemus, quam in
ijs se exercere: id quod res est dicemus qui
dem, sed malumus hanc $\alpha\gamma\mu\alpha\tau\eta\circ\beta\alpha\pi$ omit-
tere, & Cathechismi detensionem persequi.

Quæ contra quintum articulum ganniuūt,
suprà abundē confutauimus, vt nunc opero-
sam refutationem instituere nihil necesse
sit. Qui pœnitentiam ad Baptismum adfert,
non enumerationem meritorum adfert, sed
confessionem peccatorum. Toties diximus
nos iustitiam inherentem in secundo iustifi-
cationis ordine collocare, eamq; in iustifi-
catis augeri posse, minime inficias imus. Non
est igitur quod tanto supercilio nobis obij-
ciant locum Iacobi 2. Videtis quoniam ex
operibus iustificatur homo, & nō per fidem
tantum. Obscura loca in Epistolis Paulinis
nulla criminamur, vestras præstigias, vestras
strophologias criminamur, & inania sophis-
mata conspicimus atque exhibilamus.

Sed accedamus ad sextū articulum, qui est
de remuneratione op̄ium, quam in tertio
iustificationis ordine reposuimus. Atq; hic
operæ pretium est considerare, quod in de-
fensione quarti articuli diximus, fidem for-
mare atq; persicere opera, fine qua planè
mortua sunt, vt ex Chrysostomo docuimus,
dec vllam vim seruandi obtinent. Qua-

AD CENSVRAM THEOLOGA-

Quapropter idem Chrysostomus in Sermone quem inscripsit de fide, Lege naturæ & Spiritu, ait, fidem ipsam per se posse hominem seruare, & pro exemplo proponit Latronem, quem ait tantum confitum esse & credidisse, o pera vero, inquit, sola operarios sine fide seruare non possunt. Deinde confessit opera sine fide facta cum reliquis mortuorū. Cadavera enim inquit, et si pretiosis & insignibus pannis vestiantur, nihil tamen caloris ex illis contrahunt. Ita, inquit, qui fide carent, et si niteant splendidis operibus, tamen illis nihil iuvantur. Ex præmissis patet, eatenuso peribus tam amplas promissiones esse factas, quatenus sunt fructus fidei. Idecirco quod operibus promitti videtur, id reuera per fidem consequimur, quæ illis operibus circuvestitur. Proinde Augustinus: Quantaelibet, inquit, iustitiae sancti prædicentur, vel noui vel veteris testamenti, tamen non eos saluos fecit, nisi fides Mediatoris, cui in remissionem peccatorum sanguinem suum fudit. Eius itaque sanguine, nisi respersa sunt opera, nequie quam le fatigabunt operarij.

Idem Augustinus in Psal. 31. Abraham filium suum, inquit, immolandum Deo obtulit. Magnum opus, sed ex fide. Laudo superædificationem operis, sed video fidei fundatum, Laudo fructum boni operis, sed in

Lib. I. contra Epist. Pelag. cap. 12.

in fide nosco radicem. Si enim præter fidem
rectam hoc faceret Abraham , nihil illi pro-
dedit, qualemq; opus esset . Ibidem. Sed
crede in eum qui iustificat in pium , ut pos-
sint & bona opera tua, esse opera bona, nam
nec bona illa appellauerim, quamdiu non de
radice bona procedunt.

Quoniam verò caput & radix bonorum
operum fides apprehendit Dei misericor-
diam, & promissiones in Christo : Ideo per
Dei misericordiam & Christum , quæ sunt
obiecta fidei, fœlices erimus. Hæ sunt causæ
veræ atq; potissimæ vitæ æternæ , Clemen-
tia, inquam, Dei, electio , prædestinatio, &
Christi merita, quibus interueniunt opera,
tanquam inchoatio quædam fœlicitatis no-
stræ, quibus Deus amplissimam retributio-
nem promittit , quo nos alioqui ignauos &
pigros excitet ad re& è viuendum. Fallō
autem miseri mercenarij isti æternam vi-
tam operibus , tanquam iustum mercedem
deberi putant, Christoq; & Apostolis ac Pa-
tribus magnam iniuriam , dum eos huius rei
testes citant , faciunt. Dicit quidem Chi-
stus , patientiæ suorum copiosam mercedem
esse repositam in cœlo , cœlum tamen ipsum
nequaquam pro mercede facit . Sed age, op-
ponamus Theologastris nostris rationes ali-
quot firmas, quæ eos vanitatis coarguant.

AD CENSVRAM THEOLOGA-

Primò. Vita æterna est hæreditas filiorum Dei, teste scriptura, ergo non alio quam gratuito adoptionis iure nobis obuenit,

Secundò. Non sunt paria quæ dantur, & quæ recipiuntur: Id autem ad iustam mercédis rationem exigitur.

Tertiò. Opera quæ offerimus nequaquam sunt nostra. Nam illa Deus nobis clargitur, & in nobis operatur & velle & perficere; Quare si quid esset meriti, non esset tribendum nobis, verùm Deo, ut auctori bonorum operum.

Quartò. Ut iusta sit merces, oportet, ut id quod à nobis datur, non sit obstricatum illi cui datur. At nos omnia nostra facere debemus ad gloriam Dei. Idcirco monebat Christus, Cùm feceritis hæc omnia, dicite, servi inutiles sumus, quæ debuimus facere, fecimus, Videlicet nihil habemus in nobis, quod Deum nobis obligatum, & obstricatum reddere possumus. Nam quicquid agimus, id omne Deo debemus, & longè plura quam possimus præstare. Vnde quemadmodū monet Christus Dñs seruo suo, cùm ille officium suum fecerit, nequaquam agit gratias. Quod si seruos non potest Dominum suum obstringere benefaciendo, ut sibi gratias agat, quomodo eum obligabit ad magna præmia reddenda.

Quinto

STRORVM COLON. ACAD. 109

Quintò: Non satisfaciunt vndiquaq; le-
gi Diuinæ opera bona. Cumq; propter im-
perfectionem suam & immundiciem desit
eis pars aliqua bonitatis & iuslitiæ, nō pos-
sunt vitam æternam iustè mereri. Quanq;
Deus illa pro sua misericordia, ut grata susci-
pit. Quare Gregorius scripsit: Omnis hu-
mana iuslitia, iniustitia esse conuincitur, si
distinctè iudicetur. Et rursus: Quis inter
ista remanet salutis locus? quando & mala
nostra, pura mala sunt: & bona nostra, quæ
habere nos credimus, pura bona esse nequa-
quam possunt.

In fine
Moral.

Sextò: Deus vult nobis erectam materi-
am gloriandi. Sed non excluderetur prorsus
gloriatio, si nostris operibus vitam æternam
mereremur.

Septimò: Paulus Roman. 6. Stipendium
peccati mors, donum verò Dei vita æter-
na per Christum Iesum Dominum nostrum.
Non est ergo meritum.

His omnibus conuincitur fœdus Theo-
logastrorum error, & ostenditur voculam
mercedis impropriè usurpari, & per simili-
tudinem quandam, pro recompensatione. Et
sunt adeò firmæ rationes adductæ, vt à Ma-
tæologis euerti non possint.

Corruit itaque præcipuum Theologa-
strorum Argumentum: Si merces, igitur

O s me-

AD CENSVRAM THEOLOGA-

meritum præcessisse est necessarium.

Nec est , quod tanto spiritu locum Apo-
stoli Pauli nobis obijciant 2 . Timoth. 4.
Reposita est mihi iustitiæ corona , quam red-
det mihi Dominus in illa die iustus iudex .
Nam simulatque nos in gratiam recepit De-
us , opera quoque nostra grata habet , ut
præmio quoque licet indebito dignetur .
Neque meritum exprimit vox , Reddet , ut
contendit Matæologica vanitas , sed pro-
missionem respicit . Ut nec quod sequitur :
Iustus iudex . Iustus enim est , etiam gratis
benefaciendo .

Debet igitur superbū illud Pharisa-
eum & Pelagianum vocabulum meriti , ab
ore nostro procul abesse , præseitim quum
Scriptura id nusquam usurpet . Tametsi no-
strī Thoelogastri locum Ecclesiast. 16. frusta
citant . Græcus enim sic habet : πάρεκτης
μοβύν ποιήει τό πορ , εκαεθατάτα εγγα-
δυτο ευγένεια . Quibus in verbis nulla fit men-
tio meriti .

Solent etiam obijcere ex Epistola ad He-
bræos capite 13. Talibus hostijs promeretur
Deus . Sed in Græco scribitur : ἐναγεσίται ,
hoc est , dele&tatur , aut gratas habet . Scio
Patres interdum ea voce vti , non tamen
propriè . Semper enim admonent vitam æ-
ter-

STRORVM COLON. ACAD. 110

ternam gratis dari , & Sanctos misericordia
& miseratione Dei coronari , & fidendum
non esse meritis, quod ea non possint confi-
stere ad tribunal Dei , & alia huiusmodi.

Quanquam autem super à multa testimonia
recitauerim , tamen aliquot insignia subij-
ciam. Augustinus de Cor. c. pt. & Gratia, ca-
pите 13. Sanctus David de Domino Deo suo
dicit animæ suæ : Qui coronat te in misera-
tione & misericordia. Dicit etiam Iacobus
Apostolus : Iudicium sine misericordia ei ,
qui non fecit misericordiam. Vbi ostendit ,
etiam in illo iudicio, in quo iusti coranantur
iniustique damnantur, alios cum misericor-
dia, alios sine misericordia iudicandos. Pro-
pter quod etiam mater Machabeorum filio
suo dicit: Ut in illa miseratione cum fratri-
bus tuis te recipiam, Cùm enim Rex iustus ,
sicut scriptum est , sederit in throno , non
aduersabitur ante eum omne malum. Quis
gloriabitur casum se habere cor ? aut quis
gloriabitur mundum se esse à peccato ? Ac
per hoc etiam ibi Dei misericordia neces-
saria est , qua fiet beatus , cui non imputauit
Dominus peccatum : sed tunc pro bonorum
operum meritis, iusto iudicio etiam ipsa mi-
sericordia tribuetur.

Consideranda sunt hæc Augustini verba,
Praesertim q[uod] dicit , in extremo Dei iudicio
mise-

AD CENSVRAM THEOLOGA-

misericordiam nobis fore necessariam : non solum quod opera bona gratis ab eo concessa fuerint , sed etiam quod , cum federit in throno suo iustus iudex , nemo gloriari poterit , se castum habere cor , aut se mundum esse a peccato . Itaque neesse est , ut ei , qui ad felicitatem venturus sit , peccata (ut David inquit) non imputentur .

Idem Augustinus in prefatione Psalm. 31 .
Ei autem , qui operatur , merces non imputatur secundum gratiam , sed secundum debitum . Si vis esse alienus a gratia , ja & a merita tua . Ille autem videt , quid sit in te , & non uit , quid cui debeat . Item in Psalmum 142 .
Propter nomen tuum Domine , vivificabis me . In tua iustitia , non in mea . Non quia ego merui , sed quia tu misereris . Nam si meum ostenderem meritum , nihil abs te mererer , nisi supplicium .

Sed quia tam multa haecenit citavimus ex Augustino , que Censorum Matheologiam euertunt , recitemus & aliquot aliorum Patrum testimonia . S . Hieronymus igitur in Esaiam , capite 46 . Si nostra , inquit , merita consyderemus , desperandum est . Hilarius etiam scribit in Psalmum 50 . Spes in misericordia Dei , in seculum & in seculum seculi est . Non enim ipsa illa iustitiae opera sufficiunt ad perfectas beatitudinis merita , nisi

STRORVM COLON. ACAD. iii

nili misericordia Dei in hac iustitiae voluntate humanarum demutacionum , & motuum non reputet vitia. Gregorius item super Job. lib.9. cap.1. Non iustificatur homo compositus Deo,&c. Sanctus autem vir, inquit, quia omne meritum virtutis nostrę vitium esse conspicit, si ab interno arbitrio disticte iudicetur , ideo recte subiungit : Si voluerit contendere cum eo, non poterit unum respondere pro mille . Cui succinit & Bernardus in Cantica : Sufficit ad meritum, inquit, scire, quod non sufficient merita

Hec , & multa alia , quae recitare nunc omittere, sanctorum Patrum testimonia , convincunt, Patres nequaquam constituere, iustum & propriam rationem meriti , tametsi frequenter ea voce utantur . Qua vtinam parciūs vni fuissent sanctissimi Patres : quandoquidam eius voculae inconsiderator usus, foedissimos errores peperit.

Quanquam Theologastri citando Argutinum, sunt, vt est in proverbio , οὐδὲ ποῦσα τίνει χαράς . Quod malum subinde incurrit Censoria perspicacia . Citant Epistolam 103. ad Sextum Romanum Prophyterum, in qua est hæc egregia & memorabilis exclamatio : O humana, non iustitia, sed nomine iustitiae plane superbia , quid te disponis extollere, & contrariam morti vitam æternam tangere.

AD CENSVRAM THEOLOGA-

tanquam debitum stipendium flagitare?
Cui debetur vita æterna, vera iustitia est,
ex te non est, de sursum est, descendens à
patre lumen, &c.

Citant & Homiliam 2. de verbis Apo-
stoli, in qua totus est noster Augustinus. De-
nique post redemptionem, inquit, ab omni
corruptione, quid restat, nisi corona iusti-
tiae? Ipsa certè restat, sed etiam in ipsa, vel
sub ipsa non sit caput turgidum, ut recipiat
coronam. Audi, attende Psalmum, quām
nolit coronam turgidum caput. Cūm di-
xisset, Qui redimet de corruptione vitam
tuam: qui coronat te, inquit. Iam hīc di-
cūrūs eras: Coronat te: merita mea fatetur,
virtus mea fecit hoc, debitum redditur, non
donatur. Audi potius Psalmum, nam & tu
hoc dicis: Omnis homo mendax. Audi De-
us quid dicat: Qui coronat te in miseratio-
ne & misericordia. De misericordia te coro-
nat: de miseratione te coronat. Non enim
dignus fuisti, quem vocaret, & vocatum iu-
stificaret, & iustificatum glorificaret. Ha-
ctenus August. Amabo, quid dici potuit a-
ptius? Primo, dicit nos coronari in misera-
tione & misericordia: Deinde, turgidum ca-
put nō recipere hanc coronam. Deniqz indi-
gnos nos fuisse, non solum qui vocati iustifi-
caremur, sed etiam qui iustificati glorifica-
remur,

Reci-

Recitant & ex Tractatu tertio in Euangelium Ioannis hæc Augustini verba : Audi Paulum iam flagitatem debitum, qui primò indebitam susceperebat gratiam. Sed cur non attendunt ea, quæ præcedunt? Nam pro quo merito accipies, inquit, vitam æternam? Pro gratia. Si enim fides gratia est, & vita æterna quasi merces est fidei, videtur quidem Deus vitam æternam tanq; debitam reddere. Cui debitam? Fideli. quia promeruit illam per fidem. Sed quia ipsa fides gratia est, & vita æterna, gratia est pro gratia. Vides Lector hoc Augustini testimonio, fidem vitam æternam promereri, quæ format ac perficit bona opera, alioqui mortua & inutilia futura, ut supra diximus.

Nec ignoramus operibus fide formatis copiosam in cœlis repositam esse mercedem, & fatemur cum Cypriano, Christianū Deum computare debitorem, sed ex promisso magis, q; ex merito. Porro si quando minus caute loquuntur Patres, prouocamus à Patribus negligentius scribentibus, ad eosdem illos alibi sanius & orthodoxè sentientes, ut olim illa mulier, quæ à Philippo ebrio prouocauit ad eundem Philippum sobrium.

Vana verò & futile est hoc loco Theologast: calumnia, quasi perficta fronte vnuerse Scripturæ, totiq; Patrum cœtui nosmetipos

AD CENSVRAM THEOLOGA-

psos audeamus opponere. Etenim , neque Scripturæ neq; patribus nos opponimus, sed Matæologiæ haic rixosæ, vanæ, dubiæ, spinosæ, &, ut est in proverbio , Syrbenæ cho-ro. Itaque verba Alexandri Episcopi in ar-rogantiam Arrianorum pronuntiata , quæ citant ex Nicephoro , in ipsos retorquemus Matæologiam profitentes, à doctrina Pro-pheтика & Apostolica nec, non erudita vetu-state maltū discrepantem, contra cuius pla-cita, si quis vel mille Scripturæ & Patrū te-stimonia ducet, contemnet ea supercilium Matæologicum , ac ne pili quidem æstima-bit . Tanta est falsæ persuasionis peruicacia.

Atque hîc quædam Monhemij verba sibi exagitanda sumunt , Videlicet hæc : Nam cùm Scriptura operibus mercedem tribuit, ex mero Dei beneplacito id facit . Deus e-nim non operam dignitate , ad reddendum iplis præmium , sed gratuita sua indulgentia mouetur. Obsecro Lector, quid in istis ver-bis meretur reprehensionem ? Et tamen Censoribus deputatis , suo more inuoluit Monhemius , & cœlum terræ tectis quibus-dam euasionibus miscet . Citant vnum & alterum scripturæ locum : Reddet Deus v-nicuique suæcum opera sua. Item 2. Co-rinth.4. Id quod in præsenti est momenta-neum , & leue tribulationis nostræ , supra mo-

STRORVM COLON. ACAD. 113

dam in sublimitate æternum gloriæ pondus operatur in nobis. Rogant, num verè an falso loquatur Scriptura? Facemur sane opera bona esse media, & quasi gradus quoddam, per quos Deus suos perducit ad vitam æternam. Theologasti verò, tametli contendant opera nostra cœlestem vitam nobis promereri, tamen vi veritatis quasi flumine abrepti, eo deferuntur, vt scribant: Faten-tur omnes pij, Dei bonitate effectum esse, vt operationes illæ momentaneæ, leuesq; afflitiones immenſam gloriæ molem & copiam producant, cum alioquin per se illæ condi-gnæ non sint ad futuram gloriam. Hęc illi.

Queso, quid aliud docet Monhemius? nisi ꝑ mauult simpliciter, planè & disertè loqui, ꝑ Matæologicè, hoc est, obscure, perplexè, so-phisticè. Quapropter quod Monhemio ob-iiciunt, ipsi met faciunt, res piè explicatas rur-sus inuolunt. Et, vt Sèpiç, vbi sensere se ap Plin. Nat. prehendi, effuso atramento, quod pro sanguí Hist. lib. 9 ne his est, infuscata aqua absconduntur, ita cap. 29.

Theologasti offusis tenebris, effugia cir-cùspiciūt. Meriti rationem explicaturi Mer-cenarij, negant opera quicq; ex se & sua na-tura mereri, sed ex virtute passionis Christi, & Spiritu regenerationis merendi faculta-tcm accipere. Respondeo, vitam æternam hæreditatem esse filiorum Dei, quæ non nisi

P gratui-

AD CENSVRAM THEOLOGA-

gratuito adoptionis iure nobis obuenit ;
tametsi Deus in vita æterna remuneratur
opera, vt suprà confessi sumus. Et quis grata
habet opera, quatenus ex spiritu adoptionis
proficiuntur, tamen quia Deus nobis vtitur
ad agendū, quo ad h̄ic viuimus, non planè re-
purgatis, inde est q̄ opera nostra semper im-
perfcta sunt, & eatenus merendi facultate
destituta. Quare August: dixit, Sanctorum
iustitiam in hac vita remissione peccatorum
consistere magis, q̄ perfectione virtutum.

Atq; vt rursus Aristotelis discipulos agno-
scas, Iustitiam diuidūt in cōmutatiuam & di-
stributiua : hanc in Deo locū habere affir-
mant, illam non item, q̄ æquitatem exigat,
hęc verò duntaxat proportionem in distri-
butionib;. At quę proportio esse potest in-
ter opera nostra & eternam felicitatem? sed
disputatio Mercenariorū eò tendit, vt discri-
mina & gradus p̄emiorū in coelo statuant.
quam rem, vt dubiam & obscuram, in medio
relinquo. Etsi enim argumenta quę adferūt,
auctoritatem Patrū, qui id discrimen ponūt,
contentionem remitto. Quod ad iustitiam
cōmutatiuam attinet, tametsi fatentur Mer-
cenarij cōmutationem in Deo propriam nul-
lam reperiiri posse, tamen subiiciūt eum ini-
re voluisse rationem aliquam, vt quadam eti-
am

STRORVM COLON. ACAD: 114

am cōmutatione nobiscū ageret. A jūt opera
ex seſe & ſua dignitate , nequaq̄ mereri vi-
tam, ſed ex acceptatione & iuſtitutione Dei
ac ad miniculo gratiæ vim merendi habere .
Paſtū ille nobifcū iniit, aiunt: Si viſ ingredi
ad vitam, ſerua mandata. Debitoremque ſe
noſtrū conſtituit, vt non poſſit citra iuſtitię
iaſtūram, reſtē viuenti, quod pollicitus eſt,
reſuſcare. hęc illi. Sed v̄e miseriſ Mercena-
riis atq; in omnes aternitates v̄e, ſi huic pa-
to ſtare cogentur. Quandoquidem Sancto-
rum nemo reperietur, qui iuxta hoc paſtū ſe
iudicandum iusto iudici ſiſtere audeat: Ser-
uauit mandata, adiudica mihi vitam. Sed ad
vnum omnes ſe reos eſſe fatentur, & iudiciū
dei humiliter deprecantur, vt ſupra copioſe
declarauimus. Aristoteles diſputans de iuſti-
tia commutatiua, addit particulam πορρὰ τὸ
εὐδαιμονία, qua excipit donationem, cū quis vo-
lens maltum de iure ſuo remittit. Et reuera
donatio eſt bonorum operum remuneratio,
cūm Deus vltronea bonitate , & ob meritū
Christi, plurimum de iure ſuo remittit , im-
perfectionem operum atque immunditiem
condonat, nec, vt iusto iure poterat, plenam
obedientiam exigit. Quod & Sanctus Ber-
nardus agnoscit, quando inquit: Ipſe enim
peccata condonat, ipſe donat merita, & pre-
mia nihilominus redonat. Vnde fit , ſicut

Lib. 5. E:
thic. cap. 4.

In Serm.
de Annun-
ciatione.

P 2 idem

AD CENSVRAM THEOLOGA-

idem vir Dei scribit, ut homo magis propter
merita, quæ omnia Dei dona sunt, Deo de-
bitor, quam Deus hominum constituatur.

Entelli cœstum se vibrare putant, cum di-
cunt Christi merito bona piorum opera esse
meritoria: prætereunt es quod in primis ne-
cessè erat, nullum esse opus, quod non infec-
tit labe aliqua, nisi Christi sanguine ablua-
tur. Spetiosum quoq; est, quod obtendūt, o-
pera ex Spiritu sancto fluere, ideoq; vitam
eternam promereri. Sed debebant Merce-
narij obseruare, quod diximus Spiritum no-
bis ad agendum uti nondum penitus repur-
gatis. Quapropter, etiamsi à Spiritu fluant
opera, tamen semper aliquid nostræ fecis ad
miseretur, quod puritatem illam inficiat. Cù
autem deformiet coram Deo, quicquid à no-
bis operum prodit, quæ nobis inhæret et cor-
ruptela, vnum superest, ut gratuita accepti-
one gratiam, quam non habent à seipsis, re-
cuperent. Id sit, dum in estimationem non
veniunt ipsa, sed suum à Christo precium
mutuantur, & quasi emendant. Quæ cùm
ita sint, Mercenarios istos, Grammaticum
Möhemiū insectantes, ad Alexandriū Gram-
maticū ablegamus, ut à quo fortassis adoles-
centi Grammaticam didicerūt, ab eodem
Theologiam discant senes. sic enim canit:
In te Christe salus, in te sunt præmia nostra.

Quin

STRORVM COLON. ACAD. 115

Quin & Fortunatus Episcopus in Hymno
quodam de Natali Christi , appositissime
Christum vitæ p̄mium appellat.

Neq; verò naturę nostrę restauratori in-
iuriam irrrogamus , vt calumniantur Syco-
phantę mercenarii , nec Christum opus suum
imperfēctum relinquere dicimus , tametsi in
hac vita certo quodam consilio nō perficiat.
Siquidem spe seruati sumus , & restitutio-
nem integrā adhuc expectamus. Et sana-
mūr , vt August: ait , à reatu statim ab infirmiti-
tate paulatim. De qua re cùm supra satis di-
cūm sit , verbum non amplius addam.

Argumentantur & à contrariis . Mala o-
pera merentur æternas pœnas , ergo bona o-
pera merentur æterna p̄mia . Respondeo
magnam esse dissimilitudinem , quandoqui-
dem mala in piorum opera purè mala sunt ,
rursus bona piorum opera propter inhären-
tem nobis vitiostatem , purè bona non sunt.
Quis inter hæc , inquit Gregorius , remanet
salutis locus ? quando & mala nostra purè ma-
la sunt , & bona nostra , quæ nos habere cre-
dimus , purè bona esse nequaquam posunt ?

Instant , An ad interitū est proclivior natu-
ra , q̄ ad ceteram salutem Christi gratia ? Ne-
quaquam , quando sauciata ē restituit. An &
Christus ad perdendum , q̄ ad salvandum est
potentior ? Absit , quia & peccata nostra de-

AD CENSVRAM THEOLOGA-

let, & imperfectionem iustitiae suae plenissimamente contigit. Atque hic malitiosè citant Monhemij verba : Quia quæcumque opera cogitat, meditatur, perficit homo, tam procul absunt à iustitia coram Deo, ut peccata censeantur. Sed omittunt, quod vel maximum additum oportuit : Anteque Deo per fidem reconcilietur. Deinde subiiciunt blasphemæ verba, quæ Monhemius non habet. En Lector candorem Matæologicum. Ut eleuent inherentem nobis vitiositatem, aiunt leuia illa peccata, in quæ quotidie labimur, talia non esse, quæ nos plane sordidos, & Deo exoscos reddant. Est hoc ita quidem, non quod sua natura non sint exitialia, quæ leuia ducit hypocrita securitas, sed quod nulla est condemnatio his, qui sunt in Christo Iesu, quod non imputantur, quod venia delentur. Audiant Augustinū hæc leuia iusta statera estimantem : Virtus est charitas, inquit, qua id, quod diligendum est, diligitur. Hæc in aliis maior, in aliis minor, in aliis nulla est. Plenissima vero quæ iam non possit augeri, quamdiu hic homo viuit, est in nemine. Quamdiu autem augeri potest, profectò illud, quod minus est quod debet, ex vitio est. Ex quo vitio, non est iustus in terra, qui faciat bonum & non peccet. Ex quo vitio, non iustificabitur in conspectu Dei omnis viuens. Propter quod vitium, si dixe-

Epist. 20.
ad Hiero.

dixerim⁹, quia peccatū nō habem⁹, nosmet-
ipſos seducimus, & veritas in nobis non est.
Propter quod, etiam quantumlibet profece-
rimus, necessarium eſt nobis dicere: Dimitte
nobis debita noſtra, cūm iam omnia in Ba-
ptismo dīcta, facta, cogitata diu illa ſint. hæc
Augustinus! Mercenarii verò, poſtq; tria de
charitatis noſtriæ imperfectione verba con-
fessi ſunt, actutū defultoria leuitate ad Phi-
losophos & operum perfectionem reuoluun-
tur. Ac hic peruersè citant Ioan. Qui ſeruat
verbum eius, verè in hoc charitas Dei perfe-
cta eſt. Respondeo, quemq; piorū p gratiæ
ſibi datae mensura ad hanc perfectionem af-
pirare. Væ aut̄ miseris Mercenariis, qui nō
intelligunt, cum, qui proximè ad perfectio-
nem accessit, nondū ad dimidiū vſq; iter eſſe
progressum. Quando hæc eſt hominib⁹ ſola
perfectio (teſte Hiero:) ſi imperfectiones ſe eſ-
ſe nouerint. Plura de hac re in Defensione
3. Dialogi diximus. Quod locum Eſaię at-
tinget, cum umbra ſua dimicant, non enim v-
titur hoc loco Prophetiæ testimonio Mon-
hemius. Locus etiam Pauli Rom.6. quicquid
ineptiant, planus eſt. Nam cūm ait: Donum
aut̄ Dei vita æterna, Et addit: per Christū
Iesum dominū noſtrū, Causam & auſtorem
vitæ & gratiæ prædicat, ut nimirum Deo
ſua reddatur gloria, nobis verò, noſtris ue-

Ad Cteſ
ſiphōtem!

AD CENSVRAM THEOLOGA-

meritis nihil supra q̄ par est , tribuatur . Re-
spōsuri ad ea testimonia Scripturæ & Patrū,
quib⁹ Monh: suam sententiam de iustificati-
one cōfirmat , adeo frigide agit , vt me ipso-
rū pīgeat . Dicunt his omnibus nō id efficere
Monheimū , quod conatur . Cur igitur ipsi ea
nō diliūt ? Nam quam Monheimio obiectūt ,
inscitia ipsi tenacius inhāret , q̄ vlla iustitia ,
Toties iam dixim⁹ , iustificationem p̄cipue
sitam in remissione peccatorū , sicut David
expresse inquit : Beati , quorum remissio sunt
iniquitates . Beneficio quidem Spiritus san-
cti fit , vt p̄tēr condonationem peccatorū ,
succedat totius hominis inflatratio : sed in
priore capite sita est summa iustificationis .
Cuius ei ignorantia in hominibus sacram
Theologiam professis , flagitiosa est . Porro
tamēthi opera , Scripturæ & Patrii auctorita-
tem sequentes , à causa iustificationis remo-
uemus , nōn tamen , vt supra quoq; diēū est ,
excludimus ab effēctu . Quapropter cū Ioan-
nes ait , Qui facit iustitiam jūstus est , Opera
iustificationis esse & esse innuit , nō causam .
Quod Christus vt demonstraret , in Luca di-
cebat : Cū feceritis hēc omnia , dicite , Serui
inutiles sumus , cuius ne id cūidem debea-
tur , vt gratiē nobis agantur At si ex operib⁹
iustificationem cosequemur , neq; inutiles
essemus ad bene agendū , & nobis longē ma-
ya deperirentur , q̄ vt agerentur gratiæ ,

STRORVM COLON. ACAD. 117

Bernardi verba à Monhemio citata, sententiam Mercenariorum de merito prorsus evertunt, quare effugium circumspediant, sed aqua, ut dicitur, illis hæret. Gratia datur vita æterna, inquit, quia gratiam nullus merebitur, per quam tales ædimus actiones, quæ dignæ sint vita æterna. Sic eludent flexilōqui Sophistæ,

(cent.

Ars quibus Archilochi, vulpis & acta plavit de ipse canit Musarum delitiæ Melanthon. Sed non admittunt hanc elusionem sanctissimi Patris verba, quæ sic habent.

Necessè est primò credere, quod remissionem peccatorum habere non possis, nisi per indulgentiam Dei. Deinde quod nihil prorsus habere queas boni operis, nisi & dederit ipse (en effugium Mercenariorum) Postremò, quod æternam vitam nullis potes operibus promereri, nisi gratis detur & illa.

Habes in his Bernardi verbis tres, de quibus supra diximus, iustificationis ordines: Condonationem peccatorum, primum. Iustitiae inherentis communicationem, secundum. Operum remunerationem, tertium, à quibus omnibus meritum remouet vir Dei, negatq; vi operis, quæ redundunt, deberi. Licet enim bona piorum opera à gratia proveniant, & ob id placeant Deo, velitq; opera illa remunerari: attamen ibineq; debi-

P. 5 tum

AD CENSYRAM THEOLOGA-

tum est, neque meritum, sed solum ordo & consequutio quædam, ex instituto & bonitate Dei. Alioqui opus non eslet opus, si quod redditur operibus, gratia diceretur dari, quoniam operis est consequi finem ex debito, non gratuito.

Cùm igitur Bernardi sententia impressi concidant Mercenarij, non est lector, quod Tridentini Concilij crepitus extimescas.

Postremò restat, ut videamus, quam fortiter Theologastri incommoda, quæ Monhemius eos incurrere dixit, qui operibus iustificationem attribuunt, in caput ipsius reiijciant. Atque hic ne morem suum dediscant Diaboli, à calunnia exordiuntur. Summopere detestantur modestissimi homini Monhemij tum imprudentiam, tum non ferendam insaniam, quem tanta arrogantia Ecclesiam vniuersam, in Christum sponsum iniuriæ atque blasphemiacæ damnare non pudet, scilicet dum horum vitilitigatorum Mætæologiam carpit. Sed ad rem.

Primum incommodum est, detrahi Filio Dei honorem Mediatoris & saluatoris (sic enim habent Monhemij verba) Hic eausisse se putant, quando meritorum omnium fontem in Christi passionem referunt. Sanè Deus opera Christi sui sanguine resperga remuneratur: at non, quod ex dignitate bo-

STRORVM COLON. ACAD. 118

te boni operis debeatur , quod redditur, si-
cut modo diximus. Fixum ergo manet, tan-
tundem honori mediatoris detrahi , quan-
tum meritis operum largimur.

Secundum incommodum est , iræ Dei &
peccati extenuatio . Tanta enim est pecca-
ti noxa , vt nullis humanis operibus expiari
possit. Sed quæ hoc loco dicunt Theologa-
stri , in defensionem Dialogi decimi rejici-
mus . Nam quod nos in Baptismo pœnitentia-
tiam non requirere , & peccata sola passio-
nis Christi recordatione deleri , afferere
ganiunt, putida calumnia est, quam respon-
sione non dignamur.

Tertium incommodum est , excludi ex
conscientia certam & firmam consolatio-
nem. Hic mira est eorum rabies . Fatemur
nos, inquiunt Christi , fideles operari recte
Dei adiuuante gratia posse , cuius mandata
grauia non sunt , posseque eosdem vera im-
bui iustitia, reiectis omnium peccatorū for-
dibus, & quæ sequuntur. Quæso, est hoc con-
solari mœstos & pœnitentes, an ex flultis in-
sanos facere ? Ostendimus suprà in defensi-
one 2. & 3. Dialogi, dum huc viuimus, id non
esse sperandum , vt prorsus peccato care-
amus.

Non enim qualiumcunq; hominū vox est, tate Dei
inquit, Augustinus, sed maximè piorum, iu- Lib. 14.
storum cap. 9.

De Cui

AD CENSVRAM THEOLOGA-

storū atque sanctorum: Si dixerimus quoni-
am peccatum non habemus, nosmetipos te-
ducimus, & veritas in nobis non est.

Si contendunt id per Dei potentiam pos-
se fieri, nihil refragabimur. Posset enim De-
De Spiritu & lite us hominem ornare tanta gratia, ut viueret
ta cap. 1. omnino absque peccato, quod & Augustinus
& 2. fatetur. Sed nos loquimur iuxta sententiam
scripturarum, ut res ipsa habet, utque expe-
Lib. Re- rientia semper euenire docet. Non o enim
tract. 2. teste Augustino, tam perfectæ iustitiae in
hac vita, vel fuit, vel est, vel futurus est, &
Hieronymus aduersus Pelagianos ridet
eam potentiam, quæ neq; habeat, neq; ha-
buerit, neq; habitura vñquam executionem.

Rabiosè nobis insultant Theologasti.
Vos nunquam mundos esse vultis, inquiunt,
sed in perpetuis spurcissorum peccatorū for-
dibus volutatos, in desperationem veræ iu-
stitiae cogitis. In spurcis sceleribus voluntari,
& improbi canes, porcorum est, quos in ha-
ris suis saginant Pontificij. In veræ iustitiae
desperationem cogimus neminem, sed ho-
mines instituimus, ut in Christo eam cu-
rant, vestra autem Matælogia, non iustitia
homines, sed falsa iustitæ præsumptione im-
buit, & securitatem, superbiā, atque
phiλoτια alit. Nec homines ad angores &
inquietudines instituimus, ut calumnianii
sed

STRORVM COLON. ACAD. 119

sed agnitione peccatorum, & sensu iræ Dei perterritos, in satisfactione Christi acquiescere iubemus. Vos verò dum nos peccata deterrere à certa fiducia de salute nostra doctetis, sicut suprà vidimus, in anxietate & dubitatione mentes detinetis, & in desperationem perterrefactas adigitis.

Exagitant & ὀλιγοτισίαν nostram, latravit nos vultu & gestibus mentiri, quam verbis præferimus fiduciam, intus plenos esse inquietudine & dubitatione, summis angustijs & conscientiæ stimulis exagitari.

Sanc d im conscientiæ nostræ, peccato & iræ Dei resistimus, multis & magnis dubitationum fluctibus animi nostri impetuntur, quibus tamen non succumbimus, quando præualet vis fidei, & nubem hæsitationis dispellit. Fide enim tanquam clypeo ἐπαύθοντι armati, omnia tela Diaboli ignita extinguisimus, & mundum ipsum vincimus. Et vt E-paminondas Dux, cùm in prælio grauiter Iustinus
lib. 6. vulneratus esset, ac in castra relatus semianinis, vocem spiritumque collegisset, id vnu à circumstantibus requisuit, num cadenti sibi scutum ademisset hostis, buod ut seruatum audiuist, allatum velut laborum glorięq; socium osculatus est: Ita & nos traditam hosti victoriam minimè putamus, quamdiu clypeum fidei adhuc opponimus. Sed non est

AD CENSVRAM THEOLOGA-

mirum, securos istos hypocritas, qui nullum
vnquam conscientie certamen experti sunt,
fidei nostræ infirmitati illudere.

Aristotelis verba, quæ in nos facetè scili-
cet, detorquent, in se se agnoscant, cùm tam
multa de æterna mercede garriūt, ipsi inte-
rea in præsenti mercede, cui inhiant, occu-
pati.

Quartum incommodū est, veram inuo-
cationem impediri. Hic Monhemio somno-
lentia inexprobant, ipsi socrordes. Ridicule
quærūt. Quis inuocatione magis opus habe-
at? Isne qui de salute sua securus est, an qui
de suis apud Deum negotiis incertus est, &c.
Quomodo inuocabit mens fluctuans & in-
certa? Nam qui hæsitat, inquit Iacobus, simi-
lis est flutui maris, qui vento agitatur, &
circumfertur. Non ergo existimet homo il-
le, quod sit quicquam accepturus à Deo.

Quod verò certitudinem attinet, eam
statuimus, quæ tremore atque timore non
caret, sed lapsus, & offenditionem Dei maxi-
mè veretur, ideoque inuocationem mini-
mè excludit, sed ardenter exercet. Qua-
propter nondum suo Monhemius iugulatus
est gladio, ut isti vanè iactant.

Quintum incommodum est, tolli discri-
men legis & Euangeлиi. Hic rixantur de Le-
ge noua, & veteri. Sed vna est lex Dei, per-
petua

petua vitæ regula. Quanquam noui Testamenti beneficium esse agnosco, quod Spiritu regenerationis lex cordibus nostris inscribitur, sed qui hoc beneficium recepit, iam iustificatus est. Nec euertere possunt Theologasti, Monhemii sententiam, quantumvis ei inscitiam exprobrent. De Sacramentorum discrimine suo loco fortasse videbitur. Nam priscos operibus iustificatos fuisse, non sentit Monhemius, sed hoc cum sentire Sycophantę calumniantur.

Illud tamen præterire nec volo, nec debeo, me non sine horrore legisse, quod scribunt Sacra menta nouæ legis ex operis ipsius vi, seu ex opere operato, & peccatum dimittere, & gratiam multiplicem largiri. Quia in re perniciofissimè falluntur. Nemo enim sumendo Sacra menta, gratiam ullam recipit, quām fide non percipiat, cùm Sacra menta recipiamus, vt ob signationes gratiæ, atque doni iam adepti: neque vi, vt loquuntur, operis operati, quiequam ex eis accedit. Qui enim Sacra menta percipit, vel dignè, vel indignè accedit, si indignè, nil habet nisi damnum & iacturam, si dignè, igitur fide viua, qua percipit repræsentatam gratiam per verba Dei, & Sacra menta.

Sed vt semel huic disputationi finem impo nam, haud abs re Monhemius hæc quinq; in commo-

AD CENSVRAM THEOLOGA-

commoda eos incurrere dicit , qui operibus
viri iustificandi tribuunt . Facile est securis
Hypocritis de his tantis rebus garrire . Ita
enim perpetuò spes magnas meritorum mi-
sera & sordida natura sibi somniat , cum qua
libuscunque virtutum exteriorum , seu disci-
plinæ ornamenti , adde & ceremoniarum
splendore se circumdedit . Sed hæ spes me-
ritorum , in veris doloribus & terroribus
peccati & iræ Dei , tandem euanscent , &
in morte hominem reliquunt .

En tibi cor verè pœnitens , contritum , de-
ieatum , & fessum onus peccatorum , quum
ingemiscit ac præmitur , quām ei consolati-
onem proponis ? Certè laboras , vt fide so-
lida tandem aliquando stabiatur . Quod si
iussiferis cām Matæologis , vt ad sua opera re-
spiciat , quiescat nunquam , excruciatur
semper , & de salute semper dubitabit , donec
de num absorbeatur desperatione .

Quare cūm non de lana caprina rixemur ,
aut alini umbra , sed honorem Christi vindicemus , cuius proprium est iustificare , & peccata
condonare , & id agamus , vt afflictæ
conscientiæ firmam consolationem recipiant , non reformidamus Theologastrorum
strophologias refutare , nec ab hoc instituto Tridentinis fulgetris absterremur .

Pro

STRORVM COLON. ACAD. 122

Procedimus nunc auspice Christo ad Dialogum sextum defendendum, in quo hoc tantum supplicationem animarum sanctarum, quae ex hac vita excesserunt, improbat Monhemius. Quare exordium huius superstitionis nobis repetendum altius est, & occasio exponenda.

Exactis iam decem illis, que ab Augustino & Orosio celebrantur, Ecclesiæ persequitionibus, instituebantur passim ad sepulchra Martyrum annuae memoriae & solemnitates, ad memoriam constantiæ eorum atque victoriae ad animanda puitantiū peccatorum, denique ad significandam corporum resurrectionem, qua confirmati fideles, vitam aspernarentur caducam, & vitam eligerent hac multo potiorem, qua nunc (in spe resurrectionis deposito cadavere) fruantur sancti Dei martyres. Aedebat & Deus ac Rex Martyrum Christus ad haec sepulchra ingentia miracula, non ut illis invitaret nos ad cultum Martyrum, sed ut confessam fidem conservarent, deinde ut immortalitatem necatorum contestarentur: Postremò ut simili gloria se quoque coronandos sperarent, si nomini & veritati Iesu Christi, hanc caducam & æternosam vitam posshabent. Cùm itaque ad has solennitates ingens mul-

Q titu-

AD CENSVRAM THEOLOGIA-

titudo confluenteret , & sepulchra Martyrum illustribus signis coruscarent, cœperat ad memorias eorundem exædificari phana seu oratoria, erigi & constitui aræ, peragi Chri-

Cont Fau stianorum mysteria, ut ex ipsorum locorum studi n Ma- admonitione (verbis vtor Augustini) manich Lib. ior esse dñs exurget, ad acuendam chari-
20:cap. 21, ritatem, & in illos quos imitari possumus, &

in illum quo adiuuante possumus. Habitæ sunt & in cœtu multitudinis, ab eruditis Episcopis paegyres, quibus virtutes Martyrum ad inflammandos animos ad imitacionem concelebratæ sunt, sicut testantur Basili & aliorum sermones Panegyrici. Sed cum iam pax & tranquillitas Ecclesiis redditæ essent, ardorque fidei remississet, & studium faciendi Martyrij deferbusset, hec omnia quantumvis pia & laudabilia instituta, in superstitionem abierunt, hæsitque in animis multitudinis nimia sanctorum admiratio, quæ tandem eò prorupit, ut palam pro opitu'atoribus invocati sint sancti.

Porrò excreuit in immensum, ut fit, neq; modum insaniz suz posuit, admissa semel superstitione. Etenim tanquam otio se mancipa set supremus ille Rector, & prouidentia sive munera, in spiritis mortuorum distribuisset, ita cuique suam potentiam & curationem humanam attribuit temeritas,

&

& manus suum atque officium singulis as-signauit. Tanquam dij tutelares præfecti sunt regionibus, insulis, prouincijs, ciuitati-bus, do-nibus, præfecti elementis, frugibus, pecoriouis opibus, omnis generis, præfecti artibus & opitijs, præfecti morbis. Deniqz ed ues redijt, vt parum ab Ethnicorum Ido-latria, Pseudochristianorum absuerit væ-cordia, sicut manifestè fatetur doctissimus & acerrimi iudicij Io. Lodouicus Viues in commentariis suis lib. August. de Ciuit. Dei. Et tamen tanta horū impudentia est, vt tam fœdas superstitiones haud vereantur defendere.

Argumenta Monhemii, quibus mortuo-rum invocationem reiicit, nullius roboris esse garriunt, cùm sint tam firma, vt contra ciuitas Sophistarū præstigias inuidita stent. Negant Ecclesiam Dei hoc vñq docuisse, sanctos mortuos, neglecto Christo, inuo-candos esse. Sanè nunquam docuit hoc Ec-clesia. Sed quid fecerit pseudochristianoū vulgus, vafre dissimulant, qui quasi hominū patrocinium soli suscepissent diui, aut soli iuuare & possent & vellent, sic ad eum con-fugiebant, & opem ab iis petebant, Christo fere neqz in precibus vñquani, neqz in opta-tis, neqz in votis occurrente: ac si aut inuisos ille nos haberet, aut nostri curam gereret

Q² om

AD CENSVRAM THEOLOGIA-

omino nullam . Delinant ergo imposturas
Monhemio & polypi mentem obijcere,
nam cum haec tanta nala tegant ac pallient,
iplismet vafrities , astutia , & imposturarum
fallacie inhærent.

Admodum verò Matæo'logicum est quod
scribunt , se orationem Dominicam Diuis
fundere , vt ipsorum manibus ad Deum de-
feratur . Quis non de huiusmodi delirijs
pronunciet , quod Epictetus de suis libris:
τὰ δὲ οὐδεὶς ὀντάσθε περιέργον φαντάσματα

Negant hoc esse Deū neg'igere , aut Chri-
stum deserere , sic sanctos interpellare , ve
pro nobis apud Deum intercedent , eumque
nobis propitium sua intercessione reddant ,
Nos indignos esse qui ob enormitatem pec-
catorum nostrorum ac multitudinem , De-
um interpellamus , itaque sanctos Deo cha-
rissimos , nobis accedendos esse . At ubi pro
missio , Deum velle exaudire & præstare ,
quicquid per intercessionem beatorum spi-
rituum petierimus ? Itane pro nostra libidi-
ne intercessores nobis singimus ? Ergo Chri-
stus Dominus minus quam Diui , promptus
est ad intercedendum pro peccatoribus : aut
ram difficilis aditu , vt Peccatores ad se verè
conuerlos , nisi intercessoribus Diuis , audire
nolit ? Longe aliud sonat vox ipsius : Venite
ad me omnes qui laboratis & onerati esitis ,

& ego reficiam vos. Et in eo solummodo stat
hæc promissio: Quicquid petieritis Patrem
nomine meo, dabitur vobis. Alio quæm eius
nomine preces fieri vetat. Qui igitur alio
nomine aliquid a deo petunt, Christum ab-
negare iudicandi sunt, eiusque officium ad
alios transferre?

Sed audite S. Augustinum contra Matæ.
In Epist.
ologiam vestram ex scripturis differentem. Iohannis.
Videte ipsum Iohannem, inquit, seruantem Ttactat,
humilitatem, certè vir iustus erat & mag-
nus, qui de pectori Domini mysteriorum se
creta biberat, Ille, ille, qui bibendo de pe-
ctori Demini diuinitatem ructauit: In prin-
cipio erat verbum, & verbum erat apud De-
um, Ille talis vir non dixit, Aduocatum ha-
betis apud Patrem, sed, Si quis peccauerit,
aduocatum, inquit, habemus: Non dixit ha-
betis, nec me habetis dixit, nec ipsum Chri-
stum habetis dixit, sed & Christum posuit,
non se: & habemus dixit, non habetis. Ma-
luit se ponere in numero peccatorum, ut ha-
beret aduocatum Christum, quæm ponere se
pro Christo aduocatum, & inueniri inter
damnados superbos. Fratres, Iesum Chri-
stum iustum, ipsum habemus aduocatū apud
Patrem. Ipse propitiatio est peccatis no-
stris. Hoc qui tenuit, heres m non fecit,
hoc qui tenuit, scisma non fecit, &c. Magna

AD CENSVRAM THEOLOGA-

videlicet verbo cum copia, magno ardore & vehementia, vnicum aduocatum Iesum Christum Dominum nostrum, omnibus alijs exclusis, ex verbis dilecti discipuli Christi, nobis commendat Augustinus. Huius igitur Episcopi auctoritatem, B. Bernardi, eruditus alioquin & sancti Abbatis opponimus hallucinationi.

Sententiam suam de invocatione mortuorum comprobaturi Theologasti, satis irreligiosè præterita scriptura, ad Patrum testimonia conuolant, & postea non sine insigni contumelia Spiritus sancti scripturarum auctoris, disputant: non omnia pietatis officia sacris literis contineri ostendunt, ergo non verbo Dei, sed humanæ auctorati inniti superstitiosum dogma.

Etsi Nazianzenus & Basilius in sermonibus Panegyricis, in quibus, ut eruditissimum est, multum licentiae sibi sumunt Rhetores, per Apostrophen rhetorica[m] prorumpunt in compellationem & invocationem diuorum, quos celebrabant, tamen nequaquam in preces publicas Ecclesias hoc admiserunt, aut ut commune dogma Ecclesias adsererent. Quanquam hallucinatos suisse hos Patres, nimia Diuorum admiratione, haud abnuerim. Basilius etiam ab Episcopo suo Eusebio, ob superstitiones quædam re-

præ-

prahensus est. Nazianzeno Theodoretus exquisitam philosophiae scientiam tribuit, faciarum lite. aum peritiam non item. Sacras literas, inquit, extenus tenebat, quatenus opus esse consuerat, exquisitam enim scientiam illarum video ei ad mi, cum concedatur eidem singulare studiū. Etsi quis velet virginem has Panegyricas Apostrophas, nonne sacrilegum dogma cudet? animæ scilicet beatæ communione, animam peccati-
cem & miseram felicitari? Quod, ut cum sacris literis ex diametro pugnat, ita à sanctis Patribus palam repudiatur.

Augustinus de Ciuitate Dei, lib. 10. cap. 1.
Quicunque igitur sunt in cœlestibus habitationibus immortales & beati, si nos non amant, nec beatos esse nos volunt, colendi utique non sunt. Si autem amant & beatos esse volunt, profecto inde volunt, unde & ipsi sunt. An aliunde ipsi beati, aliunde nos?

Item Augustinus in Iohannem Tractat. 23. Participatione Dei fit beata, non participatione sanctæ animæ, fit beata infirma anima, nec participatione Angeli fit beata sancta anima. Sed si queritur beata esse infirma anima, queratur unde beata sit sancta anima. Non enim beatus efficeris ex Angelatu, sed unde Angelus, inde & tu.

Q 4 Quid

AD CENSVRAM THEOICACC.

Quid quod ipsi Patres declarant se ex affectu magis quam vero iudicio sic locutos fuisse? Scribit Theodosius Gregorium pluris fecisse Basilium quam se ipsum, cumque incrediли amore complexum fuisse, quod una Athene studuisserent, similitudine etiam morum & mutuis voluntatibus in reconciliandis atque conservandis amicitijs efficacissima, coniungerentur. Miro igitur affectu mortuum prosecutus est, cuius affectus ardor & vehementia hanc ei in Epitaphio ciuilem vocem expressit: Εἴτεις τοι μακάρω εἰπε Χρυσόβηρι πολὺ μαλίτης &c. Si verba virgere velis, quid potuit amplius tribui? Veruntamem eidem quem visus est quasi numen aliquod compellare, bene precatur, perinde ac si eius felicitati deesset, Ερός δέ δι τοι μαλίτης στοιχεῖα. Quapropter impiorum esse censenti sunt Censores Monhemiani, quod ex iis vocibus, quas sanctissimis Patribus effectus vehementer extrudit, dogmata religionis constituit.

Hactenus ad Gregorii Nazianzeni & Basili Magni Panegyricos responsum esto. Nam Chrysostomus loca quae citant, locum natus de intercessione sanctorum, qui nondum ex hac vita migrarunt, quod contextus orationis conuincit, de invocatione mortuorum ne quis quidem. Quare nequicquam Monhemium exagitant liuidi Sycophantes.

Cus

Quæ circumfertur Chrysostomi nomine
Aetougyia, meminit quidem intercessionis
Liuiorum, sed preces faci dotis ad Christum
diriguntur, quod semper obsecravit Eccle-
sia, ut alicubi testatur Augustinus, quem &
reputantem in castro sua peritabunt. Lib. u
Meditationum, & alia huiusmodi incerti au-
toris commenta non moratur, quando ve-
rus Augustinus noster est, ut ostendimus. Ci-
tant tamen duo loca ex hibris de Baptismo
contra Donatistas, in cibis nemini quidem
orationum Cypriani, ijsque se iuuari o-
ptat, dum scripta eius legit & excutit, non
tamen ipsum compellat Cyprianum, aut pre-
ces suas ad eum dirigit. Sed ad reiunden-
dam Theologastriorum ferociam, qua Mon-
hemio insultant, ostendemus eos iuris esse,
iuxta proverbiū, Capram cultrum preben-
tem. Libro 5. de Baptismo contra Dona-
tistas, cap. 17. loco vide licet à Theologastris
citato, ea habet Augustinus, quæ argumen-
tum Matæologorum prorsus enciuant, eti-
am si id laborent citati ab ipsis Patres, quod
contendunt. Ita enim loquitur: O quam
gaudet Cyprianus, quanto serenius in illa lu-
ce contuetur, pro quanta salute humani ge-
neris factum sit, ut inueniatur aliquid, cuod
merito reprehendi possit, quamvis in Chri-
stianis & pijs literis Oratorum, & non inue-

AD CENSVRAM THECICGA-

niatur in literis Piscatorū. Le hoc ego gau-
dio sancte illius animo non secus, neq;
ylo modo meas literas ab omni erato li-
beras audeo vel putare vel dicere. hęc Aug.
Oratores nimurum fuerunt iam citati la-
tres, Gregorius, Easilius, Chrysostomus, Cy-
prianus, Hieronymus, Augustinus: in quo-
rum literis quamvis Christianis & pijs, quæ-
dam inueniantur, quae reprehendi merean-
tur, quod sint erronea: qualia non inuenias
in literis Piscatorum, Petri, Ioannis & Iuli-
hum. Quare his tutò credimus, illis non i-

In Com-
men-
ta-
rio ad
Fortuna
tum.

tem. Non enim, ut & alibi Augustinus do-
cet, quorumlibet disputationes quamvis Ca-
tholicorum & laudatorum hominum, vel ut
scripturas Canonicas habere debemus, ut
nobis non liceat salua honorificentia, cuę il-
lis debetur hominibus, aliquid in eorum scri-
ptis improbarē atque respueā, si forte inue-
nerimus quod aliter fenserint, quam veritas
habet, Diuino adiutorio, vel ab alijs intelle-
cta, vel à noīis. Talis ego sum in scriptis a-
iorum, tales volo esse intellectores meos. Similia sexcentis in locis tradit Augustinus.
Sed Theologastri quod innocentii Monhe-
mio falsò obiiciunt, ipsi verē faciunt, Ara-
neorum more, ex floribus venena exugunt.
Studiose colligunt, si quid vspiam in Patrum
scriptis inuenire possunt, quod pro supersti-
tione

STFORVM COLON. ACAD. 1:6

tione tinniat, deinde quasi obtenta victoria triumphum canunt. At nos humanæ auctoritati diuinam opponimus vocem, sonantem in scriptis Propheticis & Apostolicis: O auctoribus quantumvis eruditis & piis, Pilatores Apostoloros: Inuoca me in die tribulacionis tuæ, & eruam te, & glorificabis me. Prope est Dominus omnibus inuocantibus eum in veritate. Voluntatem timentium se faciet, & deprecationem eorum exaudiet. Errit enim in nouissimis diebus, dicit Dominus: On nis, qui inuocauerit nomen Domini, saluus erit. Nec est alia natio, quæ habeat Deos appropinquantes sibi, scut Deus noster adest cunctis obsecrationibus nostris. Cum oratis dicite: Pater noster, qui es in celis, sanctificetur nomen tuum, &c. Quicquid petieritis Patrem in nomine meo, dabit vobis. Porro si quis vestrum destituitur Iacobus, sapientia, postulet a Deo, qui dat omnibus simpliciter, nec exprobrat, & dabit ei. Plena est Scriptura huiusmodi testimonij. Extant exempla precantium Patriarcharum, Prophetarum, Apostolorum, Martyrum: omnes Deum solum per unicum Christum inuocarunt. Cur ergo aliena exempla secueremur? Cur, à cæci cæcorum duces, à Deo ad creaturas, à Christo ad Georgiū & Barbaram, ab Euangeliō ad commenta hominum nos abducitis?

Psal. 49^a

Pl. 144.

Iohel. 2^a

Deut. 4^a

Ioan. 16^a

Iacob. 1^a

Pl. 144.

AD CENSVRAM THEOLOGA-

Nec est quòd auctoritatem Ecclesiæ obtendatis, quando ea preces suas ad Deum Patrem domini nostri Iesu Christi, non etiam ad Diuos direxit. Testis est beatus Augustinus, vel aduersariorum testimonio. Catholice fidei propugnaculum, lib. i o de Ciuit. Dei 22. cap. 10. Venique illi talibus Dijs suis, inquit, & templa ædificauerunt, & statuerunt aras, & sacerdotes instituerunt, & sacrificia fecerunt. Nos autem Martyribus nostris nō templa sicut Dijs, sed memoria sicut hominibus mortuis, quorum apud Deum viuunt spiritus, fabricamus: nec ibi erigimus altaria, in quibus sacrificemus Martyribus, sed vni Deo & Martyrum & nostro sacrificium immolamus, ad quod sacrificium sicut homines Dei, qui mundum in eius confessione viceerunt, suo loco & ordine nominantur, nō tam men à sacerdote, qui sacrificat, inuocantur. Deo quippe, non ipsis sacrificat, quamvis in memoria sacrificet eorum, quia Dei sacerdos est, non illorum. Ipsum verò sacrificium corpus est Christi, quod non offeritur ipsis, quia hoc sunt & ipsi. Audis Martyres ne in iis quidem sacrificiis, quæ in memoriis ipsorum fiunt, à sacerdote inuocari: proinde nec à re iqua multitudine, quando sacerdotis precationem ideo Collectam vocari constat, quòd totius cœtus vota in ea quasi in facticium.

sciculo colligantur, Deoque offe: antur. Quare propria est Ecclesiæ precatio, & omnibus reliqua multitudinis rogationibus exemplo esse debet, à quo qui discessere, ab Ecclesiæ consuetudine discessisse iudicandi sunt.

Toties inculcant, nullius esse roboris & momenti Monhemii argumenta, quæ tamen contra Matæologicam yōkseiafirmā constante. Et tanq Phormio aliquis, aut Pseudolus in comœdia, calumniosa vtuntur captione: Mortui non orant pro viuis, & ergo mortui non sunt inuocandi. Cū Monhemius simpliciter doceat, viuos pro viuis orare debere: mortuotum orationes nec aiat nec neget.

Si pitant in iri Monhemium hære: eos cau: terio Bernardi testimonio, non paulò vetustior est Bernardo Epiphanius, qui narrat sua ætate mulieres in Syria statuam Mariæ circumtulisse, ei que liba & huiusmodi res ostalisse. Hunc morem tanquam pessimam hære: im damnat, & oppressum esse inquit diligētia & autoritate Episcoporum, quod imitatio esset ethnici furoris. Agnoscitis ne Theologasti, vestram superstitionem ante annos plus minus mille ducentos, hære: eos damnatam, & repressam vigilantia Episcoporum, quæ tamen in hac Ecclesiæ senecta obti-

AD CENSVRAM THEOLOGA-

obtinuit? Sed vſa venit Ecclesiæ senescen-
ti, quod de Seneſtute canit Poëta Satyri-
cus: Circumſilit agmine faſto

Iuuenal. Morborum omne genus.

Certe Aurelius Augustinus longè aliter cen-
ſet: Fratres, inquit, Iesum Christum iustum
ipſum habemus aduocatum apud Patrem: i-
pſe propitiatio eſt peccatorum noſtrorum.
Hoc qui tenuit, haeretici non fecit: hoc qui
renuit, ſcisma non fecit.

Quanquam autem iuocationem dunta-
xat sanctorum, qui carne mortui sunt, reſu-
tat Monhemius, an orent pro nobis non
disputat, tamen ita diſputationem ſuam in-
ſtituit Theologastri, quaſi hoc quoque
negafſet. Si neges, inquiunt, Sanctos pro
nobis orare, aut id continget, quia impoten-
tiores ſunt, quam qui poſſint, aut crudelio-
res, quam qui velint, aut quod res ſit ipſis
indigna, ut orent. Elige quod velis, nihil e-
orum eſt, quin absurdissimum ſit, & cetera.
Nihil horum eliget Monhemius, ſi tergiuer-
ſari volet, ſed dicet ſpiritus Beatorum de
voluntate Dei erga nos adeo certos eſſe, ut
orare nec velint nec poſſint. Quæ quidem
certitudo longè conuenientior erit ſtatui
beatorum, quam angor & tristitia, quam
Theologastri eis tribuunt de noſtra ſeu per-
fidia ſeu vitiositate. Nec eſt, quod dicant:

Chri-

Christus interpellat pro nobis., qui vnicus filius, & patri omnium intimus, quare poterit istud communem illis esse cum Christo, qui non plus de voluntate Dei norunt , q̄ Christus. Non enim Patri sit simplex Christus, quod ex Chrysostomo didicisse poterant, sed eius interpellatio nihil aliud est , q̄ quod semper Patri adest , eiusque præsentia (qui pro nobis in mortem traditus est) Dei misericordiam erga electos elicit promptissime.

In Rom.
Hom. 15.

Tametsi ego facile admisero, Sanctoros in cœlo votis ardentissimis salutem electorum opere, quin & fatebor eos perpetua quadam deprecatione feruorem dilectionis suæ erga nos declarare , nec disputationes modestas Augistini & aliorum orthodoxorum patrum refutabo , modò ne accedat carnalis illa & prorsus Matæologica imaginatio , vnumque inq; corum priuato affectu , in suos cultores esse propenitorem.

Sed execranda est Theologiastrorum blasphemia , quibus serpentum libilus est , assertio invocationis Iesu Christi : & calumniosè tribuunt Monhemio , quod neq; cogitauit vng, neq; dixit , neq; scripsit : Sanctorum scilicet preces esse superuacaneas. Vestrum axioma Matæologi, repudiat Monhemius , Nos Patronis opas habere , quia indigni sumus , qui

AD CENSVRAM THEOLOGA-

qui per nos appareamus in Dei conspectu,
& Sanctis affingitis dignitatem, quæ nobis
apud Deum gratiam conciliat. A quo tam
longè absunt tam Prophetæ omnes, q̄ Apo-
sto l & Martyres, usque ad ipsos Angelos, ut
Patroni ipsi quoque eodem nobiscum opus
habeant. Quare perpenda, pius quidam vir
ante aliquot annorum centurias, a) inuoca-
tione & mediatione defunctorum Sanctorum
ad solum Deum onnis boni fontem, e-
iusque Filii meritum magna voce nos reuo-
cauit, dum in Hymno ita cecinit :

Aduent nos eorum merita,

Quos propria impediunt scelera?

Excusat eorum intercessio,

Quos propria accusat actio? &c.

Dissolute nunc quantum potestis in Cani-
num risum ora vestra, ô annosæ vulpes (sic
enim vocari vultis) astutæ ad vastandum
vineas Domini, quas propterea capi iubet Sa-
lomon, & spectra, phantasmata, ac somnia
atque delyria humana quantumlibet adora-
te: Nos certè hanc tam gratum mentis er-

Cant. 2. rorem vobis non inuidemus.

Quia nutare sententiam suam, quicquid
dicant, sentiunt qđiu beatos Cœlites res no-
stras cōpertas habere nō constat. Ad id ergo
comprobandum Evangelica, si Dijs placet,
protrahunt testimonia. Adducunt angelo-

rum super peccatorum pœnitentia, gaudia. **Lucæ 15.**
 Quasi verò non alia sit eorum, quām defun-
 & torum spirituum ratio, qui fidelibus attri-
 buuntur ministri, vt salutem ipsorum pro-
 curent. Et tamen Angelos precari nefas est,
 sicut aperte testatur Theodoretus in Co-
 lossen. cap. 2. his verbis: Qui legem defen-
 debant, eos etiam ad Angelos colendos in-
 ducebant, dicentes legem fuisse per eos da-
 tam. Mansit autem diu hoc vitium in Phry-
 gia & Pisidia. Quocirca Synodus quoque,
 quæ conuenit Laodiceæ, quæ est Phrygiae
 Metropolis, lege prohibuit ne p̄ecarentur
 Angelos. Et in hodiernum usq; diem vide-
 re licet apud istos & eorum finitos Ora-
 ria S. Michaëlis. Illi ergo hoc consulebant,
 vtiq; humilitate utentes, dicentes universo-
 rum Deum nec cerni nec comprehendendi, nec
 ad eum posse perueniri, & oportere per An-
 gelos diuinam sibi benevolentiam concilia-
 re. Repetit eadem in cap. 3. Agnoseitis ne
 Theologastri, & in Synodo damnatam, &
 lege prohibitam superstitionem vestram?
 Theodoreto succinit Augustinus: Quem in-
 venirem, inquit, qui me reconciliaret tibi? **Confess.**
 An eundū mihi fuit ad Angelos? at qua pre-
 ce? quibus sacramentis? Et addit multos fu-
 isse, qui per Angelos reconciliari voluerint,
 & miserè decepti fuerint, q̄ Angelus malus

Heb. 1,

**lib. 10. cas-
pice 42.**

R. se

AD CENSVRAM THEOLOGA-

se transformet in Angelum lucis. Quod si
nobis cum Angelis agere nō licet, multo mi-
nus licet cum sanctis mortuis, hic enim non
minus periculi est à Diabolicis p̄stigijs, q̄
Cap.8. ibi. Quapropter in lib. de Pastore Augusti-
nus scribit contristatum iri sanctos, si in i-
piis spēm nostram posuerimus.

Proferunt & Stygias illas Dinitis illius
querimonias, ab Abraham intelicias, &
Prophetarū reuelationes ac vaticinia, qui-
bus probare nituntur, spiritus defunctorum
sanctorum rerum nostrarum esse consios.

Ad Abrahāmi & Diuitis collōquium, verbis
Augustini, quām meis respondere malo, Me-
lius est, inquit, dubitare de occultis, quām
litigare de incertis. Illum quippe diuitem in
ardore pēnarum, & illum pauperem in re-
frigerio gaudiorum, intelligendos esse non
dubito: sed quomodo intelligenda illa flam-
ma inferni, ille sinus Abrahæ, illa diuitis lin-
guæ, ille digitus pauperis, illa sitis tormenti,
illa stilla refrigerii, vix à mansuetè quæ en-
tibus, à contentiose autem certantibus vix
vñquam inuenitur.

Nec Prophetarum reuelationes ac vati-
cinia probant quiequam mortuis cum viuis
esse commercij, quicquid garriat Matæolo-
gica vanitas.

Sed

STRORVM COLON. ACAD. 130

Sed audiamus hac de re beatissimi Augustini disputationem libri de Cura pro mortuis gerenda, capite decimotertio, Manifeste negat animas beatorum in cœlis, nostris rebus hic interesse, aut quid hic agatur sci-re. Verba sanctissimi viri hæc sunt: Ut volet accipiat quisque, quod dicam. Si rebus viuentibus interessent, & ipsæ nos, quando eas videmus, alloquerentur in somnis, ut de aliis taceam, meipsum pia mater nulla nocte desereret, quæ terra mariquæ secuta est, ut mecum viueret. Absit enim, ut facta sit vita felicior et crudelis, usque adeo, ut quando aliquid angit cor meum, ne tristem sibum confortetur, quem dilexit vincere, quem nunquam voluit mortuum videre. Sed profectò, quod saecus Psalmus personat, verum est: Quoniam pater meus & mater mea dereliquerunt me: Do nō is autem assumpit me. Si ergo dereliquerunt nos Patres nostri, quomodo nostris curis & rebus intersunt? Si autem parentes non intersunt, qui sunt alii mortuorum, qui dererunt quid agamus, quidue patiamur? Esaïæ 63, saias Propri. dicit: Tu enim es pater noster, quia Abraham nesciuit nos, & Israël non cognovit nos. Sitanti Patriarchæ, quid erga populum ex his procreatum ageretur, ignorauerunt, quibus Deo credentibus populus ipse de illorum stirpe promissus est, quomodo

R² mor-

AD CENSVRAM THEOLOGA-

mortui viatorum rebus atque actibus cognoscendis adiuuandisque miscentur? Quomodo dicimus eis fuisse consultum, qui obierunt antequam venirent mala, quae illorum obtutum consequita sunt, si & post mortem sentiunt quæcunque in vita humanæ calamitate contingunt? An forte nos errando ista dicimus, & hos putamus quietos, quos inquietata viorum via solicitat? Deinde post recitata Scripturæ verba 4. Regum 22. de rege Iosia, subiicit: Ibi ergo sunt Spiritus defunctorum, vbi non vident quæcunque aguntur aut eveniunt in ista vita hominum, aperte satis istorum Matæologiae contradicens.

Deinceps capite decimoquarto obiicit sibi ipsi historiam Lazari & Dniuitis. Dicit Abrahamum ea scisse, quæ utique apud viuos, non apud mortuos gesta fuerant. Verum non cum agerentur in viuis, inquit, sed eis mortuis, potuit Lazaro indicante cognoscere, ne falsum sit, quod ait Propheta: Abraham nesciuit nos.

Capite vero decimoquinto tres ponit modos, quibus mortui, quatenus eos scire fas est, de rebus & statu viuentium certiores sunt. Aut per eos, qui hinc ad ipsos moriendo pergunt: Aut per Angelos, qui

& vi-

& viuorum & mortuorum locis interesse possunt: Aut reuelante Spiritu Dei.

Deniq; capite decimosexto ambigit quomodo orent & opitulentur martyres, an per seipso adsint rebus mortalium, an ipsis in loco suis meritis congruis, ab omnium mortalium conuersione remotis, & tamen generaliter orantibus pro indigentia supplicantium, sicut nos oramus pro mortuis, quibus vtiq; non presentamus, nec ubi sint, nec quid agant scimus: Deus per Angelica ministeria praestet solatia per memorias Martorum: quoniam hoc nouit expedire nobis ad ædificandam fidem Christi, pro cuius confessione illi sunt passi.

Quam disputationem his verbis concludit: Res hæc altior est, quam ut à me possit attingi, & obstrusior, quam ut à me valeat perscrutari, &c. Utinam hanc Augustini modestiam imitari mallent Theologastri, quam de rebus arcanis & abstrusis temere pronuntiare. A qua modestia discedit quoq; liber ab aduersarijs citatus, cui titulus de cognitione veræ vite, Augustino quidem inscriptus, sed scriptus videtur à monacho euopiam, Augustini limia: cuius tamen auctoritatem non contemnerem, nisi pugnantia cum Sacris literis traderet. Animæ, inquit,

R 3 non

AD CENSVRAM THEOLOGA-
ron vocis clamorem , sed cordis audiunt:
Quid verò Scriptura? Tu exaudies de celo,
inquit Salomon, in loco habitationis tuæ , &
repropitiaberis , & facies ut des vnicuique secun-
dum vias suas, tunc videris cor eius , quia
tu nosti solus cor omnium filiorum hominum .
Audis ne Lector, repugnantiam ? Et tamen
Theologasti præclare loquitur scriptor ille .
Sed illis præclare & dicitur & scribitur,
quicquid profutat in petitione ipso; um facit , et
tiam in Deum impie & blasphemie .

An non in essentia Divina, iuuenient , cu-
ius fruitione beati sunt , contemplari dicen-
di sunt , quæ & ipsos scire referat , & magis
Dei gloriam propagant ?

Respondeo : Si hæc contemplanter in es-
sentiâ Divina , ut disputat intricata vèstra
Mætæologia , in eadem quoque vota nostra
quatenus fas est , cognoscere dicendi sunt
beati Cœlites . Ecce, vnum Deum celo (in-
quit Divus Augustinus , de Vera Religione
capite quinquegensi mo quinto) vnum om-
nium principium , & vnam sapientiam , qua
sapiens est , qua cuncte anima sapiens est : &
ipsum munus , quo beata sunt , qua cuncte
beata sunt . Quisquis Angelorum hunc di-
lit Deum , certus sum quod etiam me dili-
git . Quisquis in illo manet , & potest huma-

STRORVM COLON. ACAD. 122

nas preces sentire, in illo me exaudit. Quis quis ipsum habet bonum suum, in ipso me adiuuat, nec mihi eius participationem potest inuidere. Iam si in Deo nos exaudiunt & Angeli & omnes beati Cœlites, sequitur solum quoque Deum inuocandum esse, quando neque in seipsis neque in alijs, sed in solo Deo nos exaudire possunt. Cur igitur à certis ad incerta, à claris & manifestis ad incerta & abstrusa nos abducitis? Cur de rebus arcanais tam absurdâ garritis? Exaudire Cœlites gemitum cordium nostrorum, solicitari eos inquietis viis nostris, inspicere miserias nostras, angi ex commiseratione & cruciari. Si hoc non est gloriam Dei obscurare, quid ergo? Si hoc non est Sacris literis contradicere, quid ergo? Si hoc non est arcana Dei sacrilega temeritate polluere, quid ergo? Si hoc non est gaudia beatorum conspurcare, quid ergo?

Agnoscite locutuleii, mimesu*n* insultationis vestræ. Et cùm tam absurdâ & utilia dicatis, neque argumenta Monhemij & aliorum, vt vanè gloriamini, deliciatis, neque ipsum promouebitis, vt ad gremium redeat Ecclesiæ malignantium, & à veritate exorbitantium.

Quia tamen Chrysostomi & Ambrosij
R. 4 sen-

AD CENSVRAM THEOLOGICAM
sententijs constringi se sentiunt , eludere
eas si ustra conantur.

Chrysostomi sententiam ex aliis eiusdem
authoris locis interpretaturi , dum se verba
eius & fideliter & p'anc' recitatores polli-
centur , neutrum præstant , sed pessima fi-
de sceleratissimè deprauant . Nos igitur
præstemus , vt Lectio candidus Sycophan-
tas falsarios agnoscat .

Homilia in Matthæum quinta , postquam
copiosè docuit preces & merita Sanctorum
nihil prodesse impenitentibus , ita conclu-
dit : Quod si negligentes fuerimus ac de-
sides , nec per aliorum quidem possumus me-
rita saluari . Si vero mente vigilemus , eti-
am per nosmet ipsos istud valeamus efficere ,
& multo magis nostro quam alieno tuni esse
suffragio . Nam & Deus salutem nostram ,
non tam aliis rogantibus pro nobis vult do-
nare , quam nobis : vt hoc ipso quo iram in
nos eius placare cupimus , ad studia melio-
ra migremus , & fiduciam bonæ consciencie
colligamus . Sic enim Cananæam illam
aliquando misericordia est : sic etiam meretrici
donavit fidem : sic denique latronem à cruce
in Paradisum transluxit , nullus patroni ,
nullius precibus mediatoris infexus . Ha-
cenus aptè satis pro Monachio , hoc est ,
veritate Chrysostomus .

Sequitur

Sequitur à Sycophantis depravata corre-
ctio: Et bene dicimus, non ut pro peccatorib-
us supplicandum esse sanctis negemus, sed
ne nosmetipos in otium & delitiam resol-
vamus, dormientes ipsi, aliis tantummodo
nostra curanda mandemus. In quibus ver-
bis fraudulenter & malitiosè omittunt (pro
Peccatoribus) ut iudicis lector putet Chryso-
stomū hoc velle, nobis supplicandum esse san-
ctis, ut suis precibus intercedant pro nobis
apud Deum, cùm ille nihil minus velit: tan-
tum dicit sanctorum officium esse, pro Pecc-
atoribus supplicari Deo, & loquitur de san-
ctis qui adhuc cùm peccatoribus degunt, non
de mortuis, quorum spiritus vivunt apud
Deum: de quibus & intelligenda sunt ver-
ba, quæ ex Homil. 43. in Genesim citant. En-
candide lector qua fide Patries citant, qui
innocenti Monhemio heræses, & intolerabi-
lem simulationem obiciunt tanto superci-
lio.

De Ambrosio respondent, eum nihil aliud
velle, quam summam esse impietatem, diui-
nos honores creaturis impendere. Quasi
vero ipsi hoc non faciant, dum animabus de-
functorum sanctorum cordium cognitio-
nem tribuunt, quæ solius est Dei. Sed quic-
quid garriant, stant contra eos sanctissimi
antislitis verba, apud Deum non opus esse

R_s suffraga-

AD CENSVRAM THEOLOGA-

suffragatore. At inuocavit Divos Ambro-
sius, Quosnam inuocando docuit. Cuibus
verbis? Ecquid pudet? Sed et agnoscat rur-
sus Matæologica vanitas in se iuste retorta
maledicta sua verba, aduertat quisquis hęc le-
get quam perperam Theologastri cum suis,
Patrum scripta citent. idque non solum hic,
sed & alijs multis in locis, quo tuas truncatis
authoritatibus confirmant superstitiones.
Quare ipsorum Sycophantias & calumnias,

Catullus

Omnés vnius aestimemus assis.

ut probent nobis apud Deum patonis ac in-
tercessoribus opus esse, exempla proferunt
amicorum Iobi, qui non nisi ipsius Iobi pre-
cibus reconciliati Deo potuerunt, item Abi-
melechi regis, cui neceſſe fuit Abrahami pie-
cibus reconciliari Deo. Nec vident Theolo-
gasti Hypsea in scripturis cæciores, harum
intercessionum peculiares sufficere rationes.
Iobum amici flagitiosum esse hominem ex-
erumnis iudicauerant. Quia nimis irum con-
tumelia atroci iniuria afficerant innocentem.
Ut igitur peccatum suum intelligerent,
sancti viri intercessione sibi eos reconciliari
voluit Deus. Abimelechus Abrahamo uxo-
rem suam abstulerat, quare eius quem laſ-
rat, precibus reconciliati sibi regem voluit,
Perinde acli Princeps aliquis nolit recon-
ciliari Deo, nisi intercessoribus iis, quos la-
sset

Ipb. 42.

Gen. 20.

fisset. Iuxta hanc rationem ut Christus docet Matih. 5. Si obtuleris nūnus turm ad altare. & ibi recessus fueris, quod frater tuus habet aliquid ad te summe, teneisque munus ante Altare, & vade prius reconciliare fratrem tuο, deinde veniens offer munus tuum. Iuxta hanc doctrinam Theologastri ipsius Monhemij intercessionem ambire debent, quando tot probris & contumelij laedunt immeientem.

Locus Psal. 106. Mosen, qui Iesu Christi veri mediatoris figuram & umbram gerebat, boni Pastoris & fidelis officio functum fuisse probat. quod contendunt Theologasti non probat. Quapropter & huic difidentes alium accipiunt, Esaię 37. Protagam inquit Dominus, Ciuitatem istam, ut saluem eam propter me, & propter David regnum meum. Sed non vident Tiresiae longe aliam fuisse Davidis rationem, quam aliorum sanctorum, quando Deus promiserat se Iudeorum Regn publicam conseruaturum, in regno domus David, è qua proditus erat Christus. Cum igitur promissi, non personae habeatur ratio, quæ est ista Matæo'orum soliditas, vt intercessionem sanctorum, quam commenti sunt, hinc iuuari possent? Num quis Synagogę filius animam Davidis in precibus suis appellavit?

Iam

AD CENSVRAM THEOLOGA-

Serasque eius soluitis,
Nos à peccatis omnibus,
So'luite iussu q̄ræsumas.

Q̄drum p̄cepto fabditur,
Silas & languor omnium,
Sanate ægros mentibus,
Nos redientes virtutibus.

Nonne ut nūnīna mortuos compellant?
Nonne quod Dei proprium est, ad creaturas transferunt? Quid proderit verbis negare, q̄ id re ipsa facias? Et tamen quod se votis precari cordium mentiuntur, neque à Deo, neque à sanctis eius ex animo petunt.

Quartum Monhemij argumentum refutandum suscipiunt, quod est: Non esse invocandos sanctos, cùm scriptura nusquam doceat sanctorum invocationem. Atque hic suo more confutationem exordiuntur à Syllophantia. Eo enim tendere hoc argumentum calumniantur, vt nihil planè sit recipiendum aut credendum, nisi q̄ id S. Scriptura aperte docet, cùm id non velit Monhemius nihil esse credendum aut recipiendum, quod non totidem verbis in scripturis expressum sit, tantu' iuuentutem ab ea temperitate reuocat, qua ut dogmata religionis recipiuntur opiniones, quæ nullis è scriptura deductis demonstrationibus comprobantur.

bari possunt: Nam ut ait Augustinus, libro de peccato et merito & remissione 2. cap. 36. ubi de re obscurissima disputatur, non adiuvantibus diuinarum authoritatum certis clarisque documentis, cohibere se debet humana presumptio, nihil faciens in partem alteram declinando.

Iam vide candide Lector, quibus elogiis sanctam Scripturam insigniant. Antea obscuram esse, difficilem, perplexam, ambiguam, flexiloquam, & velut nason cæreum, q. i. q. omnibus, quæ quot vñq extitere hære sius occasionem dederit, impiissimè blatera ruit, nunc etiam no omnia pietatis officia tradere, & incertæ ac dubiæ authoritatis esse disputant, nisi humana autoritate suffulsa sit. Quid dici potest contumeliosus in sacras literas? Nonne spiritum sanctum eatum authorem violasse censendi sunt, dum in eas tam sunt improbi?

Sed quibus argumentis probant non omnia quæ pietatis sunt sacris literis contineri? Non igitur inquit, celebranda erit Dies Dominica, quam Scriptura non docet. Non credendum autem Symbolum esse Apostolorum, quia scriptura nulquam hoc docet ab Apostolis compositum esse. Dubium erit num hoc sit Euang. D. Math. aut he sunt I. Paul. aut

AD CENSVRAM THEOLOGA-

aut D. Petri, Epistolæ, quia hoc scriptura nusquam docet. Profectò niti frontem perficiissent Theologasti, puderet eos tam scutilia in medium adducere, quibus tamen nihil aliud efficiunt, quam quod & inscitiam suam & malitiam detegunt.

Etenim diem Dominicam celebrem fuisse, & cœtibus consecratam, ex scripturis demonstrari potest. I. Corinth. cap. 26. Aposto, iubet seponere collectam in vna Sabbatum, hoc est, prima, iuxta Hebraicam phrasim, qua vnum significat primū. Ut in Evangelio Marci 16. Et valde mane vna Sabatum veniunt ad monumentum, orto iam sole. Vbi aperte per vnam Sabbatum dies Dominicus accipitur. Eadem die sacra sua fidèles cum Paulo celebravit. A.D. 20. Et Iohannes Apocal. cap. 1, Fui in spiritu, inquit, ἐπ τῇ κυριακῇ μέρει quasi dicat, in illa celebri Dominica die. Claret ergo à temporibus Apostolorum Dominicæ diei celebritatem fuisse obseruatam, idcirco hodie quoque secundam scripturas obseruari.

Non constat quidem Symbolum, quod vocant Apostolicum, ab ipsis Apostolis compositum esse, at illud constat, capita religionis nostræ, que hoc Symbolo comprehendantur, abundè ex scripturis comprobari posse. Frustra est igitur hæc que Theologa-

logastrorum obiectio.

Sacrorum librorum scriptores in dubium vocare Iudeorum est, & Mahometistarum non hominum Christianorum, nedum Theologorum. Quæ hęc est improbitas? An non sacri libri suos quique authores profertur? Siccine cum Manichæis, corruptos esse sacros libros disputabitis, & authoribus non suis inscriptos? Claret ergo absolutè sacrarum literarum perfectioni per obiec-
tiones Matæologicas nihil prorsus dece-
re.

Longam hoc loco disputationem instituunt, qua tamen nequaquam id quod conan-
tur efficiunt. Sed nos compendio respon-
debimus. Fatemur sanè Apostolos viua vo-
ce fusē tradidisse, quæ summatim scriptis
comprehensi sunt, inde tamen non sequitur
eos dissentanea scriptis suis tradidisse, Pau-
ca quidem si verba anumeres, scripserunt,
Petrus, Iacobus, Iudas. Nihil prorsus reli-
qui septem. At Mattheus (Cuius Euangeli-
um Bartholomeus Apostolus Indis exposu-
it) Marcus & Lucas Evangelistæ, summas
eorum qui tradidere scriptis mandarūt. Fin-
gere me calunniunt ista, nisi Lucam ha-
buerō testem, qui in præfatione Euangelii
sai ait. Quoniam complures aggressi sunt
ordine, conscribere narrationem, de certō

S. com.

AD CENSVRAM THEOLOGA-

compertis inter nos rebus , seuti tradiderunt nobis hi , ab initio ipsimet spectatores ac pars aliqua fuerunt dicendorum , visum est & mihi , persequendo ab initio omnia deinceps tibi scribere , optime Theophile , ut agnoscas earum de quibus edocimus es rerum , certitudinem . En lector , sancte tradiderunt Apostoli viua voce que videant , & quorum pars magna fuerant , tradiderunt autem Ecclesiæ , & Lucæ discipulo Christi , Lucas autem , sicut & Marcus eam traditionem in literas retulit . Scripta est iam itaque traditio Apostolorū , nec est aliud quam scriptum sacrosanctum Euangelium .

Non est igitur pernitosissima heres , ut calumniantur Sycophantes Theologasti , sed firmum & solidum axioma , dogmata & articulos fidei , certos ac firmos esse debere , atque probari euidentissime testimonijs scripturarum . Nam contumelia Spiritui Sancto fuerit , si existimaretur eas ad nos literas dedisse , in quibus per se sunt nou habentur , quicquid ad nostram salutem pertinet .

Paulus 2. Timoth. 3. satis istos arguit , cum ait . Saeræ literæ (& solæ inquam) te possunt eruditum reddere ad salutem , per fidem , quæ est in Christo Iesu . Cuius proununtiati quo fidem faciat , addit : Omnis scriptura diuinitus inspirata , utilis est ad doctrinam

doctrinam, ad redargutionem, ad correctionem, ad institutionem quæ est in iusticia ut integer sit Dei homo, ad omne opus bonum apparatus. Quibus verbis aperte satis indicat, quicquid de Doctrina desiderari possit, in sacris literis contineri. Ait enim scripturam utilem esse, primò ad doctrinam, id est, abundè demonstrare quænam sint vera ac retinenda dogmata, & quomodo ea discerni, comprobari, defendique debeant: deinde utilem esse ad redargutionem, id est, ad confutanda cuertendaque falsa & expoldenda dogmata. Quæ cùm ita se habent, certè neque ridiculum est Monheimi argumentum, neque Scholis expoldendum, quicquid garriat Matæologica vanitas.

Pædobaptismum Melanchthon & alii pietate ac eruditione celebres viri contra Catahaptistarum errores can&æ scripturæ potissimum auctoritate defendunt. Deinde Patrum quoque testimonia allegant, qui disertis verbis Ecclesiam Pædobaptismum ex traditione Apostolica recepisse contestantur. Proferant ergo sanctorum Patrum testimonia, qui de sanctorum invocatione idem testentur, quod de Pædobaptismo, Origenes & Augustinus. Si proferre non possunt, quid hic

AD CENSVRAM THEOLOGA-

quid hęc de traditione Apostolorum vanę
disputant? Nam de Ecclesiæ consuetudine
quantum ad hoc negotium attinet, supradic-
tum est. Nec Ecclesiam proscindit Monh.
ut isti calumniantur, sed eos refutat, qui in
Ecclesiam foedas superstitiones inuixerunt.

Clamat de Iesu Christo in scriptura Pe-
trus: Non est in alio quoquam salus. Clamat
Paulus: Vnus est Deus, vnum Mediator Dei
& hominum, homo Christus Iesus, qui re-
demptionem dedit semetipsum pro omni-
bus, Clamat Iohannes. Si peccauimus, aduo-
catum habemus apud Patrem, Iesum Chri-
stum iustum, & ipse est propitiatio pro pec-
catis nostris. Quid ni? an alios Ecclesiæ in-
tercessores suis scriptis alios viua voce tradi-
disse censendi sunt Apostoli? Quin potius
vana censeatur hoc loco & futile Theologa-
strorū de traditione Apostolica dissertatio.

Venio ad defensionem 7. Dialogi, in
quo de Sacramentis in genere pie docet
Monhemius, cuoniam propter infirmitatem
nostram ægrè credimus promissionibus Dei,
opus fuisse, ut eius erga nos voluntas, non
solum verbis exponeretur, sed etiam rebus
que sentirentur, ob-signaretur: quo firmius
resisteretur, si quando minus inciperet dubi-
tare. Hac Euangelica doctrina Theologa-
strī, tanquam ranæ obiecti rubri panni irri-
tata

STRORVM COLON. ACAD. 139

tatæ, ad defendendum Matæologicum, illud de opere (vt loquuntar) operato commentum profligunt, quo statuunt ex vi actionis Sacra menta adferre salutem. Hoc cum nihil aliud sit, quām creaturis tribuere causam nostræ salutis, nosque nimium obligare symbolis. & elementis huius mundi, coarguendos & refutandos esse censeo.

Absurditates quas hoc loco comminiscuntur, vt futilis & Theologistis istis Questionariis dignas omitto, Sycophantias etiam præterea, quas in nomina illustrium aliquot virorum, euomunt: ad rem ipsam propero.

Quandoquidem Beatissimus Augustinus Sacra menta quælibet, quasi quædam verba visibilia esse docet, nihil ijs, quod ad salutem faciat plus concedere possumus, q̄ extero Dei verbo. Quapropter vt verba scripturæ nihil prosunt sine fide, ita nisi eadem adsit, nihil prodesse Sacra menta statuendum est. Nec loquutionem illam, qua libenter vtūtur Matæologi. Sacra menta remittere peccata, aut conferre gratiam, in aliam sententiam admittimus, quām qua Paulus prædicat, Euangeli um esse vim Dei ad salutem: vtque lectio sacrarum literarum ad Timotheum dicitur seruare. Quod tñ nihil aliud est quām vim & potentiam Dei, qua peccata remittit, gratiam largitur, & denique seruat,

Cont. Eau
flū Mani-
Jpb. 19. ca
pice 16. iu
Ioannem
Tract. 80.

AD CENSVRAM THEOLOGA-
prædicatione verbi, & administratione Sa-
cramentorum tanquam instrumentis & me-
diis uti, ad salutem nostram.

Querit sanè Augustinus. Quid est quod
aqua corpus attingit, & cor abluit? Sed re-
spondet id fieri vi & potentia verbi, non
quia dicitur, sed quia creditur. Est ergo fi-
des, qua ablutionem & sanctificationem ap-
prehendimus. Quod etiam testantur acta
Apostolica: Fide purificans corda eorum.
Etenim nulla hic exercetur incantatio, ut ex
prolatione verborum vel naturæ muten-
tur, vel Dei beneficia conferantur.

Nec est quod Pædobaptismum tanto no-
bis obiiciant fastu, quando nihil ex vi ope-
ris consertur infantibus, tantum obsignatur
quod prius habuerunt. Loquitur quidem Au-
gustinus de Pædobaptismi celebratione:
Totum hoc in spe fit, vi Sacramenti, & diui-
næ gratiæ, quam Dominus donauit Eccle-
siæ. Atque est hæc gratia, diuinitus donata Ec-
clesiæ? Scilicet, quod Deus ex mera sua gra-
tia & misericordia, in sanguine Iesu Chri-
sti infantes nostros mundat ac adoptat, &
heredes vitæ æternæ conscribit. Hæc gra-
tia in oculis totius Ecclesiæ Sacramento ob-
signatur. Ex qua ob signatione maximus con-
folationis fructus ad Ecclesiam reddit. Qua-
propter & ipsum per se ipsum multū valere
Sacramentum Augusti scibit.

Huc

De pecca-
merito &
remis. lib.
i. cap. 19.

lib. 4, con.
Donatist.
capite 24.

Huc accedit quod alia est infantū , quām adulorum ratio , sicut docet Augustinus de Baptismo contra Donatistas lib. 4. cap. 24. Sicut in illo latrone , inquit , quod ex baptissimi sacramento defuerat , compleuit omnipotentis benignitas , quia non superbia vel contemptu , sed necessitate defuerat : Sic in infantibus , qui Baptizati moriuntur , eadem gratia omnipotentis implere credenda est , quod non est ex impia voluntate , sed ex exactatis indigentia , nec corde credere ad iustitiam possunt , nec ore confiteri ad salutem . Ideo cū alij pro eis respondent , ut impleatur erga eos celebratio sacramenti , valet vtique ad eorum consecrationem : quia ipsi respondere non possunt . At si pro eo qui respondere potest , alius respondeat , non itidem valet . Ex qua regula illud in Euangeliū est , & omnes cū legitur naturaliter monet : Aetatem habet ipse pro se loquatur .

Confirmat hæc de vi operis operati Theologistarum heresis , securitatem carnis , & pernitosissimam illam opinionem , cuius Augustinus meminit de Ciuitate Dei lib. 21 cap. 25. eos damnari nō posse , qui sacramenta Christi perceperint . Mentior , in stolidæ & seductæ plebis vçcordia , abūdè sibi de salute prospectū putat , perceptis sacramentorū symbolis , quicquid fiat de pœnitentia & fide . Nec

AD CENSVRAM THEOLOGA-

rei magis confidunt siue pœnitentes, siue
impenitentes, siue incolumes, siue agri, si-
ue de vita sua securi, siue de eadem despe-
rerantes: quam huic Symbolorum percepti-
oni. En fructus putidæ Matæologiæ.

Gonantur se excusare Theologasti, sed a-
qua, ut dicitur, hærent. Si quispiam deplo-
ratae vitæ, inquietum, si hereticus, si quantum
uis simulatè emendationem ac sanctitatem
mentiens quis accedit, modo sibi Baptismū
administrari velit, sacramentum quidem su-
scipiet, gratiam varò non, nisi post profligatam &
depositam animi impietatem. Hæc
illi. Fatentur ergo sacramentū suscipi posse
sine gratia? Si ita est, quomodo in sacra-
mentorū symbolis, tanq; in na;thicothecio conti-
netur gratia? Nonne palam sibi ipsi contra-
dicit Matæologica vanitas? Rursum si grati-
am demum suscipit, quis post profligatam &
depositam animi impietatem, quod est (ut
cum Theologisti s Matæologicè loquar) o-
peris operantis, qui multò ante suscepereat
Sacramentum, quæ est vis operis operati?

Quis cacodæmon has peregrinas voces
operis operantis & operis operati, in Rem
publicam Christianam introduxit, quibus
scriptura non vtitur, neque S. Patres, & que
ad explicationem syncei & Thcologiæ nihil
faciunt, tantum rixandi materiam Questi-
ona

onariis præbent, & miseram plebem inani fiducia inebriant, atque dementant, quibus tam libenter utuntur, qui immerentem Mon hemium, hereticæ nouitatis, improbè simul & malitiosè insimulant.

Hugonem citant, qui testatur sacramen tum non solum, sed etiam conferre illud cuius est signum. Respondeant igitur cum, Nugone suo, quidnam est illud, quod opus externum, & sacramentum visibile nobis prestat, quod nos per fidem non consequimur? Christusne? at illum fide compræhen dimus. Remissio peccatorum? Illam quoque fide assequimur. Reconciliatio cum Deo? illam non obtinemus nisi per fidem. Gratiæ & spiritus augmentum. ne ista quidem alia, vlla ratione adipiscimur nisi fide. Quid ergo supereft, quod istud opus operatum adferat?

Verba item Monhemij, quibus sacramen tum definit, reprehendendo, & deprauando, eò deuoluuntur ut dicant sacramenta esse vascula diuinæ gratiæ, quibus Christus passionis suæ merita clementer incluserit. &c. Huic nos hæresi sacramentatiæ Bonaventuræ verba opponimus, qui scripto suo in 4. Magistri Distinct. 1. quæst. 3. Inter alia sic inquit. Non est aliquo modo dicendum, quod gratia contineatur in sacramentis es-

AD CENSURAM THEOLOGA-

ſentialiter, tanquam aqua in vase, vel medici-
na in pixide, immo hoc intelligere est er-
roneum. Sed dicuntur continere gratiam,
quia ipsam significant, & quia nisi ibi sit de-
fectus ex parte ſuscipientis, in iplis gratia
ſemper conſertur, ita intelligendo, quod
gratia ſit in anima, non in lignis viſibili-
bus. Hæc ille. Audis lector erroris coargui
opinionem Matæologicam, audis ſedem leu-
receptaculum gratiæ & donorum Dei ani-
mam hominis eſſe, non ſigna inſensibilia, &
egena mundi elementa.

Quare auersandi ſunt Theologasti, fa-
ſamentis nimium affixi, & idolatriam in-
troducentes, & creaturis ſalutem noſtram
tribuentes. Quod ſi scriptutæ & Patres
interdum sacramenta aut feruare, aut pec-
cata remittere dicunt, aut huiusmodi ali-
quid, id de re ſignificata intelligi debet,
non de ſymbolis. Hæc enim, tantum à Dei
promiſſione & liberalitate proueniunt, que
nobis ſignis viſibilibus obſignantur. Haſte-
nus de opere operato.

Que verò de sacramentorum effectibus
ganniant, malitiosè quoque ſubneſtunt, nec
digna ſunt que refutentur, preſertim cùm
Monheimius diſertè ſatis exprimat, sacra-
menta non tantum ſigna eſſe noſtrarum
actionum, ſed etiam promiſſionis & volun-
tatis

tatis Dei, eiusque ob-signationis.

In distinctione sacramentorum veteris & noui Testamenti hoc maximè reprehendunt, quod Monhemius sacramenta veteris Testamenti non tantum corporalibus necessitatibus, sed etiam usui spirituali inseruisse docet, & satis Matæologicè querunt, quidnam præclari, si ita sit, nobis Christus morte sua reliquit? aut quænam eius aduentus sit habenda gratia?

Ego verè quicquid garriat Matæologica vanitas, in utriusque Ecclesiæ sacramentis signa quidem diuersa, res tamen eadem agnosco, nempe: Deum, Christum, reconciliationem, gratiam, remissionem peccatorum, & id genus alia. Hæc ut olim significabantur, & ad credendum proponebantur in sacramentis veterum: ita eadem ipsa hodie in novo Testamento, significantur & propnuntur in nostris sacramentis. Quod dico, cum scripturæ, tum Patrum autoritate comprobabo.

Circumcisionem Paulus Ro. 3. φεγγίσται vocat iustitiae fidei, φ predicit & corroboret promissionem de iustitia, quam veteres per fidem accipiebant. Atque hinc sequitur, Veteres per eam habuisse peccatorū remissionem, sine qua iustitia non potest obtinari, ut supra copiosius disputatum est. Et vicissim

AD CENSVRAM THEOLOGA-

in 2. cap. ad Colloffen . nos ait esse circumcisos ciucumcisione non manufacta: & additur per oblationem peccatorum carnis: quo loco Circumcisioni ascribit ablationem peccatorū. Et in lib. Genes. capite 17. manifeste demonstratur circumcisionem suisse signum fœderis, quo Deus pollicitus est, se fore Deum tum Abrahami, tum seminis eius. Quare Augustinus multis in locis fatetur veteres per circumcisionem liberatos suisse à peccato Originis.

Con. Fa.
Manich.
lib. 12. ca
pite 29.

Rursus 1. Corinth. 10. docet Patres omnes in Mosen Baptizatos suisse in nube, & in mari. Quem locum interpetrans Beatisimus Ambrosius ait veteribus præterita mala nō suisse imputata, eosque per mare & nubem purificatos . Et Augustinus. Nubes & mare rubrum, inquit, Baptismus vtiq; Christi sanguine consecratus, hostes sequentes à tergo, moriuntur peccata præterita.

Subiicit Paulus: Omnes eandem escam spiritualem commedebant , & omnes eundum potum spiritualem bibeant. Bibebant enim de spirituali, quę illos comitabantur petra: Petra verò fuit Christus, iam verò si Christū habuerunt , certè non destituēbantur esca nostrorum sacramentorū : qui In Ioan. alia dici non potest quam Christus. Deinde Tra. 26. disertè posuit nomina nostrorum sacramentorum.

torum. Nam Baptismum nominant, & cibum ac potum spiritualem. Quapropter Augustinus apertissime ex hoc Apost. loco probat S. Noui & veteris Testamenti Sacramenta, in signis quidem diuersa, sed in re, quæ significatur paria esse. Spiritualem, inquit, escam utique eandem. Nam corporalem alteram, quia illi manna, nos aliud, spiritualem vero quam nos, &c. Item in Psalmum 77. Idem itaque in mysterio. cibus & potus illorum, qui noster: sed significatione idem, non specie, quia idem ipse Christus illis in petra figuratus, nobis in carne manifestatus. Tot igitur scripturæ & Patrum autoritatibus muniti concilii, illius Florentini ab aduersariis citati, decreta non multum moramur, affirmantes utriusque Testamenti sacramenta, spetie quidem visibili diversa, attamen earundem promissionum, cum de Christo, tum de gratia esse.

Nec est quod nos Christo iniuriam irrrogare, aut legem Euangeli proferre calumniarentur, quando nos cum Augustino fatemur, Christi sacramenta esse virtute maiora, utilitate meliora, actu faciliora, numero pauciora, tanq*ue* iusticia fidei reuelata, & in libertatem vocatis filiis Dei, iugo seruitutis ablato, quod duro & carni dedito populo congruebat. Sed hec non mutant ictum significativa-

Con. Fa.

Manich.

lib. 16.

cap. 13.

AD CENSVRAM THEOLOGA-

nificatorum naturam , nec efficiunt quo minus sacramenta nostra & veterum , quod ad substantiam attinet , sint eadem.

Sed Augustinum nobis opponunt Theologistæ in præstatione Psalm. 7;. Sacra-
menta , inquit , Noui Testamenti , dant salutem ,
Epist. 5. Sacra-
menta veteris Testamenti promise-
ad Mar-
runt Saluatorem . Quibus verbis nihil aptius
cell. Co. nihil præstantius adferri potuisse sentiunt.
lite. Pe-
Scilicet quia pro ipsorum opione tinniant.
lia. lib. 2. Verū August. his verbis tantum distinguere
cap. 37. voluit modum , quo veterum Sacra-
menta a-
liter significabant Christum , aliter nostra.
Co. Eau Nam illa ita repræsentabant , vt aliquando
stū Mani venturum : nostra eum repræsentant , vt qui
cheū lib. iam venerit . Quem modum alibi aliis verbis
19. ca. 14. tradit , Sacra-
menta veterum pronunciare
Item lib. Christum cum venturus esset , nostra vero
12. ca. 29. annunciare , cum venisset . Illa vocat promis-
siones rerum complendarum , hęc nominat
indicia rerū completarum . Alioqui quomo-
do potuisset August. existimare , veterum sa-
cramenta nullo modo dedisse Saluatorem ,
cum ipse disertè testetur , Patres in Manna
habuisse eundem Christum , quem nunc nos
habemus in Eucharistia .

Obiiciunt & locum Hebr̄os 9. Si sanguis
tauorum & hircorum , & cinis vitulæ asper-
sus , eos qui communicant sanctificat ad car-
nis

nis puritatem : quanto magis sanguis Christi &c. Atq; hic quasi cui^{et}a causa efferuntur, Mirantur hæreticorum suorum stupiditatem, qui cum aliud nihil quam Dei verbū inflatis buccis crepent & iactant, nō aduentant tamen tagen se cum Apostoli verbis ex diametro pugnare &c. Ego verò horum canum impudentiam miror , qui scripturas non intellegunt etas tanto supercilio alijs obiciunt. Fatur Apostolus pecadum sanguinem verum fuisse purgationis symbolum , ita ut sacramentali modo purgaret. Hinc infert multo magis Christum ipsum, qui veritas est, purgationem non modo externa ceremonia testaturum, sed re ipsa conscientiis præstiturū. Itaq; argumentum est à signis ad rem signatam , nec quicquam facit ad soluendum præsens ΖΗΤΗΜΑ . Nec ullis signis siue veteris siue noui Testamenti, vim iustificandi tribuimus sic ut mentiuntur Sycophantēs: sed eam sole fidei iuxta Scripturas assignamus.

Rixantur & de numero Sacramentorum. Et quia Monhemius locum Augustini citaverat , ubi celeberrimus Ecclesiæ Doctor, duo tautum recenset noui Testamenti sacramenta: Baptismum scilicet & celebratio nem corporis & sanguinis Domini. Respondent Theologasti August. eo loco non omnia recensuisse, idq; Monhemiu debere agnos-

De doct.
Christia
na lib. 3.
capit. 9:

AD CENSVRAM THEOLOGA-

noscere , vt pote qui tertium adiiciat Absolutionis Sacramentum . Sed quicquid isti gar-
riant dico . August , non nisi duo solennia to-
ti Ecclesiæ à Christo instituta , agnouisse Sa-
cramenta : Baptismū & Eucharistiam . Quę
non hoc tantum loco , sed etiam alibi ab Au-
gustino enumerantur , vbi ex professō de
Sacramentis disputare videtur . Primo , in-
quit , tenere te volo , quod est huius disputa-
tionis caput : Dominum nostrū Iesum Chri-
stum , sicut ipse in Euangelio loquitur , leni
iugo suo nos subdidisse , & sarcinæ leui . Vn-
de Sacramentis numero paucissimis , obserua-
tione facillimis , significatione præstantissi-
mis , facietatem noui populi colligauit , sicut
ti est Baptismus Trinitatis nomine consecra-
tus , communicatio corporis & sanguinis ip-
sius : & si quid aliud in scripturis Canonicis
commendatur , exceptis his qui seruitutem
populi veteris pro congruentia cordis illo-
rum , & Prophetici temporis onerabant , qui
& in quinq; libris Moyli leguntur . Obser-
uet prudens lector , quod non dicit : Et si que
alia in scripturis Canonicis commendantur ,
sed , & si quid aliud &c . Id quod palam ar-
guit ipsum non de Sacramentis loqui , sed de
ritibus quibusdam & usurpatis , & receptis
ab Ecclesia : sicuti & consequentia in Augu-
stino verba declarare videntur . Quid enim ?

Si

Si septem Ecclesiæ sacramenta agnouisset, nusquamne in tot scriptis suis huius septenarij numeri meminisset, tam curiosus & prope dixerim superstitionis numerorum obseruator Augustinus, præsertim cum se toties offerret occasio, de paucitate sacramentorum Christi differenti? Quanquam fateor eundem dum laxius accipit sacramenti vocabulum, & ordinem atque alia quædam inter sacra nenta recipere, de qua re poste à Rabanus quoque Maurus, diligens Augustini lucubrationum lector, & Episcopus Moguntinus: Sunt autem sacramenta, ait, Baptismus & Charisma: corpus & sanguis: quz ob id sacramenta dicuntur, quia sub tegumento corporalium rerum, virtus diuina secretius salutem eorundem sacramentorum operatur: vnde & à secretis virtutibus, vel sacris, sacramenta dicuntur. Floruit Rabanus circa annum Domini 830. Iam Augustino Item multò vetustior Septimius Florens Tertullianus dicit tantum recenset sacramenta, Bap- tismum & Eucharistiam. Constat ergo hęc duo sacramenta, singulari dignitate praestare, alias cæremonias inferiore loco subsidere. Quemadmodum & scriptura sacra, unica vita & omnia in Ecclesia rerum gerendarum certissima regula, Baptismum & Cœnam nobis, tanquam solemnia Christi insti-

De Instit.
cleri: lib. 1.
capit. 24.

Cō. Mart.
lib. 1. & 4.
de corona
Militis,

AD CENSVRAM THEOLOGA-
uta & sacramenta commendat.

Interea salubres ritus & salutariae Dei in
stituta obseruationesque religiosas Ecclesiæ
non contemnimus. Vocemus & hæc cum
Patribus sacramenta, modo discernamus ab
ijs sacramentis, quæ actiones sacræ sunt, ver-
bis & ceremonijs constantes, consortesque
in unam colligunt societatem.

Tridentina anathemata suo more cre-
pant Theologistæ, quæ quantum valeant
cordato lectori estimandum relinquo.

Octavi Dialogi, qui de Baptismo tractat,
censuram suo more à Sycophantijs exordi-
untur. Initio vellicant quod scribit Monhe-
mius, Aquam Symbolum esse Baptismo con-
uenientissimum. Nam sicut ea for des corpo-
ris abluantur, ita per hoc Sacmentum ex-
purgari animum. Atque hic putant sibi ex-
cidisse Monhemium, ut qui superiā renatos
omnes perpetuae impunitatis insimulauerit.
Quia vero de hac re copiose differui in de-
fensione Dialogi ; breuiter nunc rem ex-
pediam. Respondeo itaque purgationem
nostram non esse sitam in atomo aut indi-
uisibili puncto, sed fide & Sacramento ita
inchoari, ut paulatim proficiat in isto scru-
lo, perficienda in futuro. Id si verbis Augu-
stini

stini de nuptijs & concupiscentia lib. 1. cap.
 33. quam meis audire malunt isti Asini,
 arrigant aures. Sic, inquit, accipendum est
 quod ait Apostolus: Christus dilexit Ec-
 clesiam, & seipsum tradidit pro ea, vt eam
 sanctificaret, mandans eam lauacro a-
 quaꝝ in verbo, vt exhiberet sibi ipse glori-
 osam Ecclesiam, non habentem maculam,
 aut rugam, aut aliquid huiusmodi: Sic in-
 quam accipendum est, vt eodem lauacro
 regenerationis, & verbo sanctificationis
 omnia prorsus mala hominum regenerato-
 rum mundentur atque sanentur, uon so-
 lum peccata, quæ omnia nūc remittuntur in
 Baptismo, sed etiam quæ posterius huma-
 na ignorantia vel infirmitate contrahun-
 tur: non vt Baptismus quoties peccatur,
 toties repetatur, sed quia ipso quod semel
 dictum sit, vt non solum antea, verum etiam
 postea quorumlibet peccarorum venia fi-
 delibus impetretur. Quid enim prodesset
 vel ante Baptismū pœnitentia, nisi Baptis-
 mas sequeretur, vel postea, nisi præcederet?
 In ipsa quoque Dominica oratione, quæ quo-
 tidiana est nostra mundatio, quo fructu, quo
 effectu diceretur. Dimitte nobis debita no-
 stra, nisi ab eis qui baptizati sunt, diceretur?
 Itemq; eleemosynarū largitas & beneficen-
 tia quanta libet, cui tandem ad dimittenda

T 2 sua peg-

AD CENSVRAM THEOLOGA-

Peccata prodeffet , si baptizatus non esset? Postremò regni cœlorum ipsa fœlicitas , vbi non habebit Ecclesia maculam , aut rugam , aut aliquid huiusmodi , vbi nihil repræhensionis , nihil timulationis erit , vbi non solum reatus , sed nec concupiscentia erit vlla peccati , quorum erit , nisi Baptizatorum? Haec tenus Augustinus. Auditio ne Theologasti , purgationem Baptismi , nequaquam vno momento peragi , sed in vitam renatorum late diffundi , donec tandem in ipsa regni cœlorum fœlicitate perficiatur ? Quapropter postea subiicit: Ac per hoc non solum omnia peccata , sed omnia prorsus hominum mala , Christiani lauachri sanctitate tolluntur: quo mundat Ecclesiam suam Christus , ut exhibeat eam sibi non in isto seculo , sed in futuro non habentem maculam , aut rugam , aut aliquid huiusmodi . Nam qui modo eam talem esse dicunt , & tamen in illa sunt , qui & ipsi fatentur se habere peccata , si verum dicant , protestò quoniam mundi non sunt à peccatis , habet in eis Ecclesia maculam . Si autem falsum dicunt , quia corde duplice loquuntur , habet in eis Ecclesia rugam . Si autem se dicunt habere ista , non ipsam : ergo esse non esse membra eius , nec se ad corpus eius pertinere fatentur , ut etiam sua confessione damnentur . Hęc ille . Egregie sane Augu-

Capi. 34.

Augustinus hypocritas istos perstringit, ita enim regeneramur & restauramur, ut ramen nanquam delit in nobis aliquid, quod regenerari oporteat & restaurari. Et iustitia nostra multum adhuc admixtum habet impuritatis atque immunditiae, quod repurgari oporteat. Quare non nisi in resurrectione habebimus perfectam & absolutam regenerationem. Ideoque Christus in Evangelio resurrectionem nomine regenerationis appellauit.

Deinde vexant & hoc, quod Monhemius præcipuum usum Baptismi esse scribit, ut alat in nobis fidem. Id si verum sit, putant isti præcipuum hunc affectum non assequi infantes, utpote in quibus fides non excitatur & alitur. Suprà in defensione 7. Dialogi ostendimus gratiam non dari ex opere, ut isti loquuntur, operato, quasi delitescat in aqua sanctitas aut Spiritus, & externo contra nos regeneret. Sed per verbum Dei & Symbolum externum significatur nobis reconciliatio cum Deo per Christum facta, quam si fide apprehendimus, & iustificamur & sanctificamur. Itaque Augustinus in Iohannem ait: Vnde ista tanta virtus aquæ, ut corpus tangat, & cor abluat, nisi faciente verbo? Non quia dicitur, sed quia creditur. Quod vero infantes attinet, qui adhuc per

Tract. 80.

AD CENSVRAM THEOLOGA-

etatem credere non possunt , statuendum est, Spiritum sanctum in eorum cordibus n-
dei vices agere . Quod Augustinus quoq;
non diffitetur contra Donatistas lib. 4 cap.
24 quem locum suprà adduximus.

Turpiter autem falluntur in eo quod pu-
tant fidei virtutem ijs qui baptizantur in-
fundit , siue adulti sint , siue infantes Negari
enim non potest , adultos fidem habere , eti-
am antequam baptizentur . Sic Abrahamus

Roma. 4.

credidit & iustificatus est : deinde accepit
circumcisio nem 6φεαγιδα adeptæ iam iu-
sticę . Sic Eunuchus ille reginę Candaces,

A&. 8.10.

sic Cornelius cum sua famula post acceptam
fidem demum baptizati sunt . Sic legimus in

Capite 2.

a&tis Apostolorum : Qui libenter accepe-
runt sermonem Petri , baptizati sunt . Necque
infantes baptizaremus , nisi iam eos ad Chri-
stum & ad Ecclesiam arbitraremur partine-
re .

Iohann. 5.

Ridiculum vero quod obganiuit Ba-
ptismum esse Sacramentum regenerationis ,
quasi vero non regeneremur fide , aut non
satis aperḡe Ioannes scribat : Omnis qui cre-
dit Iesum esse Christum , ex Deo natus est .
Neque tam introducitur in animum noua vi-
ta baptismo , quam introducta obsignatur .

Circa defensionem Pædobapti mi pro-
bant , quod authortatem traditionis Eccle-
siastis

hafticę agnoscit Monhemius , illud vero reprehendant , quod non vbiq; & constanter id facit . Quapropter eum Ecclesia proterue relicta , ad nouitates haec tenus inauditas se conuertisse calumniantur . Scilicet quia Matæologica placita , Scripturæ & veritati aduersantia , sub titulo traditionum obrudi sibi non patitur . Hinc ille lachrymę , hoc illa est ab Ecclesia discessio .

Tertiū reprehendunt , quod Monhemius eundem esse baptismum Iohannis & Apostolorum existimat . Atq; hoc loco egregie bilem suam eructant . Monhemium plus suę sensui tribuere , qd Ecclesię totius iudicio atq; traditioni grunniunt , quod scilicet Patrum hallucinationibus Euangelicam anteponit authoritatem . Nec enim petulantia quadam à patrū sententia discedimus , vt calūniantur Sycophantę , sed S. Scripturæ authoritye adacti . Idq; nobis pace sanctissimorū hominum licet . Sic enim August: Nolo autoritatem meam lequaris , vt ideo putas tibi aliquid necesse esse credere , qm a me dicitur , sed aut scripturis canonicas credas , siquid nondum quam verum sit videoas , aut interius demonstranti veritati , vt hoc placet videoas . Quid enim ? Chrysostomo ne credemus neganti in baptismo Ioh: comprehensam fuisse Marcus & Peccatorū remissionem , an Marco & Luce Lucę .

De video
do Deum
ad Pauli.
Capite. 2.

T 4 Euan-

AD CENSVRAM THEOLOGA-

Euangelistis testificantibus Iohannem prædicasse baptismum pœnitentiae in remissione peccatorum? Propius ad veritatem accedit Augustini argutia, in spe fuisse remissa peccata Baptismo Iohannis, Christi Baptismo et ipsa dimitti. Ut autem ad hanc agutiam confugeret Augustinus, Donatistarum improbitate impullus fuit, contendentium retinendi debere ab hereticis tintos. Nam tamen contentiosè non afferuit, sicut testatur verba eius. Tamen ne quisquam contendat, inquit, etiam in Baptismo Iohannis dimissa esse peccata, secundum aliquam ampliorem significationem eos quos iussit Paulus Apostolus denuo baptizari, per Baptismum Christi esse collaram, non ago pugnaciter. Aperte testatur se non pugnare cum eo qui in Baptismo Iohannis peccata dimissa esse contendat. Quare & præmisit: Nulli Prophetarum, nulli prorsus hominum, in scripturis diuinitus legimus concepsum esse, baptizare in aqua pœnitentiae in remissionem peccatorum, quod Iohanni concepsum est.

Iam cum Christus ipse voluerit à Iohanne baptizari, sequoretur eum non fuisse tintus Ecclesiæ suæ baptismate, qui est Ecclesiæ caput. Quo quid dici potest absurdius? Quare ex re ipsa potius, quam ex errore hominum

De Bapti.
con. Dona
tist. lib. 5.
cap. II.

Capi. 9.

STRORVM COLON. ACAD. 149
num iudicium facere discamus.

Vide autem quomodo verba Iohannis (dum Monhemium insectantur) interper-tentur. Ego baptizavi eos aqua, ille verò baptizabit vos Spiritu sancto, id est, Ha&e-nus ego vestra corpora sola aqua ablui, Chri-stus verò Messias verus Spiritus sancti gra-tia animos quoque vestros purgatos reddet ab omniq[ue] peccati macula suo Baptismate efficiet purissimos. Sic Theologastri. Vide obsecrò cordate lector quot ex hac, quam singunt comparatione sequantur absurdā. Primo Spiritum sanctum hodie à ministris dari. Secundo Baptismum Iohannis mortuum signum, & omni efficacia vacuum fuisse. Tertio no esse nobis communem cum Christo Baptismum. Equid pudet temeritatis? Sensus autem genuinus verborum Iohannis hic est: Aquę Baptismus mihi &c ceteris omnibus Christi Ecclesiæ ministris tribuitur: Christo verò Baptismus spiritus, sicut aliquando externo miraculo declarabit. Distinguit itaq[ue] Christi officium à ministrorum officio. Horum est externa elementa, iuxta Christi institutionem administrare, illius verò vim spiritualem subministrare discipu-lorum suorum Ministerio. Quò sanè pertinet quod Iohannes Euangelista testatur à Christo, qui spiritum baptizat, neminem

Mar. 1.

Io. 4.

T 5 yn-

AD CENSVRAM THEOLOGA-

vñquam aqua fuisse baptizatum, sed hanc ab eo discipulis fuisse delegatam p ouinciam.

Impudenter etiam omnem Spiritus efficiatiam, Iohannis Baptismo derogant, postquam in eo tam insigni miraculo cœlitus delapsus est Spiritus sanctus specie cōumbæ, & Christus declaratus est cœlesti pæconio & testimonio, esse veris ille Christus & vnde Dominus, qui sine mensura spiritum accepit, quem & aliis largiri solus potest, quiique illo baptismo, Christianæ Ecclesiæ Baptismum consecravit: Quapropter & de Christo testificatur Iohannes: De plenitudine eius accepimus omnes, gratiam pro gratia.

Sed audiamus argumenta talibus Theologis digna, Apostolos à Iohanne tingitos, postea retinctos fuisse, ex nescio quibus Eudis & Euthimijs, inter se tamen (qui fallit testibus mos est) discrepantibus probant. Sed parum conuenit obscuris istis scriptoribus cum testimonio Iohannis Evangelista: Iesus ipse non baptisabat, sed discipuli ciuitatibus locum Augustinus ita scribit. Baptizabat Iesus, quia ipse mundabat, non baptizabat, quia non ipse tingebat. Præbebant Discipuli ministerium corporis. Præbebat ille adiutor em maiestatis, *Quomodo enim*

STRORVM COLON. ACAD. 150

enim cessaret à baptizando, quando non cessat à mundando?

Item cum verbis Christi, & quidem à resurrectione pronunciatis: Iohannes quidem baptizauit aqua, vos autem baptizabimini Spiritu Sancto post dies hosce non multos. Quibus verbis innuere videtur se non alium in suis agnoscere aquę baptismum quam Iohannis.

Sed quia nos horum scriptorculorum testimonia leuia ducimus, progrediamur ad alterum argumentum. Verisimile est inquit inter 3000. & rursus 5000. quæ Hierosolymis à Petro baptizata fuisse Lucas narrat, aliquos fuisse à Iohane tintos, quo si idem sit Baptismus Iohannis & Apostolorum, retinigi nefas fuisset. Respondeos. Cum Evangelista testetur Iesum in Iudea plures sibi adscinisse discipulos & baptizasse, quam Iohannem in Galilaea, non minus verisimile videri, & ex ipsis aliquos interfuisse, quos si retintos fateantur, palam in Anabaptistarum factionem concesserint.

Futilia nimis hęc sunt argumenta. Plus ponderis habere videtur tertium ex capite Actorum, 19, vbi Paulus legitur baptizasse in nomine Domini Iesu, eos qui se in Iohannis Baptismum baptizatos fuisse

AD CENSVRAM THEOLOGA-

fuisse confessi erant. Qui locus & Patribus
hallucinandi præbuit occasionem. Sed er-
rant quicumque Paulum, qui alibi vnum Do-
minum, vnam fidem, vnum baptisma, vnum
Deum & Patrem omnium confitetur, aquæ
Baptismum repetiisse putant. De ignis bap-
tismo hæc intelligenda sunt, de quo Iohan-
nes aiebat: ipse vos baptizabit spiritu san-
cto & igne. Et Christus iam cœlos concen-
surus, Baptisabimini, inquit, Spiritu sancto
post dies hosce non multos. Quare Lucas
expositionis loco subiungit: Et cum Paulus
illis imposuisset manus, venit spiritus lan-
ctus super eos, & loquebantur linguis, &
prophetabant. Utq; hunc sensum amplectar,
Christi me exemplum mouet, qui ab Iohan-
ne baptizari, sicut nostræ communionis so-
cius fieri voluit, tum illud quoq; quod nusq;
rebaptizatos legimus, quos Johannes bapti-
zauerat. Capite præcedente de Apollo com-
memoratur, quod tantum baptismus Iohan-
nis sciuerit. Quem assu[m]plisse Priscilla
& Aquila, & exæctius ei exposuisse viam Dei
leguntur, retinxisse non leguntur. Vnde
Cyprianum & alios veteres hoc loco abu-
sos fuisse constat, dum huius autoritate re-
baptizandos esse contulerunt, qui ab hæ-
reticis baptizati fuerant. Quæ res postea Do-
natistis erroris ansam præbuit, cum quibus
dum

Ad Iub.

STRORVM COLON. ACAD. 151

dum luctatur Augustinus, valde se torquet,
& ad argutias confugit, & interdum veri-
tatis scintillas emicat, ut supra ostendi. Et
de hoc ipso loco vi veritatis adactus tandem
ait: Sed neque ipsius Iohannis Baptismus i-
teratus est, cum ab eo baptizatos baptizari,
in Christo Paulus Apostolus iussit: Quod
enim ab amico sponsi non acceperant, hoc
ab ipso sponso accipere debuerunt, de quo
ille amicus dixerat: Hic est qui baptizat in
spiritu sancto. Scio, candide lector, quid sen-
serit Augustinus, sed ostendo quid illi de
difficili argumento disceptanti, vis verita-
tis extorserat. Certe baptismus aquæ, quem
ab amico sponsi acceperant, repeti non de-
bebat, sed baptismum ignis, hoc est Spiritus
Sancti collationem & donum, quem ab illo
non acceperant, accipere debuerunt. Quare
omissis hallucinationibus Patrum, omissa
item Matæologica vanitate vnum baptisma
cum Ecclesia Dei confitemur, in remissio
nem peccatorum.

De claritate & obscuritate Scripturarum
in defensione præfationis dictum est. Quod
autem ad questionem de Spiritu sancto at-
tinget, debet de Spiritus S. donis, quæ illo tem-
pore credentibus conferri solebant, questio
illa intelligi. Alioqui quomodo qui Iudei fu-
erint, Spiritum Sanctum esse ignorabant,
qui

De bap.
cō. Do-
nati. lib.

AD CENSVRAM THEOLOGA-

qui toties huius mentionem fieri in lege & Prophetis nouerant? Et de quo Iohannem magistrum suum disertis verbis testificantem audiuerant? Itaque nomen quidem spiritus sancti cognitum illis erat, sed de præstantissima illa distribuendorum Spiritus Sancti munerum ratione, quæ post Christi in cœlos ascensum, in Ecclesia Christiana patefacta est, nihil dūm percepérant.

De Sacramentis veteris & noui Testamenti, satis ut arbitror, in defensione antecedentis Dialogi dictum est. Et quia Tridentina fulgura iampridem timere delijmus, ad vltiora procedamus.

In Censura noni Dialogi, qui est de coena Domini, initio monstrorum illud dogma de Transubstantiatione, quod tamen Monachius non impugnauerat, tuendum suscipiat. Pugnat autem dogma illud cum sacris literis, cum doctrina prisce illius Ecclesiae, cum ratione physica, adeoque tota rerum natura. Estque tam absurdum, ut si omnia quæ illud euertunt argumenta colligere velim, proprium mihi de hac re volumen In Ioha. conscribendum sit. Quare breuiter ad ea Tractis, quæ adferunt Theologastri, respondebimus.

Porro Scripturæ tam aperte in Sacramento Eucharistiae panem & vinum agnoscunt,

vt

vt Theologistæ id negare non possunt. Tantum ad cauillos confugiunt, quibus eas eludant.

Primus cauillus est de pane substantiali, & citant August: super Sermo: 8 de verbis Domini. Non est panis qui vadit in corpus, sed ille panis vita æternæ, qui animæ nostræ substantiali m' falcit. Atqui panis Eucharistiæ non est hic, sed eius, ut Basilij verbo utar in Liturgia ἀγριτυπος. Ille enim in ventrem abit, & consumitur, sicut Augustinus testatur de Trinitate libro 3, capite 10. Panis ad hoc factus in sacramento, accipiendo consumitur. Cui astipulatur Origenes in Mattheū, Cap. 15. Panis sanctificatus, iuxta id quod habet materiale, in ventrem abit, & in secessum ejicitur. Idem contra Celsum libro 8. Vbi pro collatis in nos beneficiis gratias diximus, oblatis panibus vescimur: Ille vero fide tantum recipitur. Vnde Cyprianus in sermone de Cœna Domini inquit: Nos non acuere dentem, sed tantum sincera fide panem frangere & manducare: Cui succedit Augustinus in Iohannem Tract. 25. Quid paras inquit, dentem aut ventrem? erede & manducasti. Et Origen. in Numer. Homili. 16. Bibere dicimur Sanguinem Christi, non solum iitu Sacramentorum, sed & cum sermones eius recipimus.

Acto. 1.

Alio-

AD CENSVRAM THEOLOGA-

Alioqui sequeretur etiam malos homines & impios recipere panem vitæ æternæ fulcidentem animæ nostræ substantiam , quod esset absurdissimum. Quapropter Augustinus aperte dixit , non comedere corpus Christi , nisi qui sunt ex eius corpore. Et Hieronymus in Esaiam cap. 66. Dum non sunt sancti inquit , corpore & Spiritu , nec comedunt carnem Iesu , nec bibunt Sanguinem eius . Et passim huiusmodi loca in Patribus occurunt.

In explicatione huius cauilli hęc verba ponunt : Ut corporeus cibus corpus ipsum sicut , nutrit , auget , corroboratque , ita & corpus Christi hoc Sacramento suscepimus , animum ipsum iisdem virtutibus afficit . Sed hic istos animaduertere oportebat , perire analogiam significationis , quando naturas elementorum remouent , Panis ideo significat corpus Christi , quia alit , confirmat , & sustentat , quod accidentibus tribuere non possumus &c.

Aicer cauillus est , ideo panem dici , quod ante panis fuerit . Sicut Exodi 7. virga Aaron etiam cùm in Serpentem conuersa esset , virga dicitur Respondeo , virgam Aaron conuersam fuisse in colubrum , Scriptura disertis verbis testatur , quę & post conuersiōnem colubri spetiem retulit , non virgę Pro bente

bent ergo nobis è scripturis, panem conuer-
sum quo ad substantiam in corpus Christi, &
dabimus eis panem appellari, non qui nunc
sit, sed qui antea fuerit.

Refutatis igitur cauillis Matæologicis,
ex Euangelistæ verbis ostendo reueira in Eu-
charistia adesse panem. Accepit Iesus panem
inquit, benedixit, fregit, & dedit Apostolis
suis &c. Vides quatuor illa verba accepit,
benedixit, fregit, dedit, non regere nisi v-
num accusatiuum, scilicet panem. Igitur si-
cū verus est panis dum accipitur, non minus
verus erit dum frangitur & datur. Dedit er-
go panem Christus, non solum accidentia.
Alioquin dixisset Euangelista, Christum frē-
gisse corpus & dedisse corpus. Atqui omnia,
vt audisti, refert ad panem. Accepit panem,
benedixit panem, fregit panem, dedit pa-
nem.

At ab Ecclesia se dogma istud suum acce-
pisse aiunt Theologasti. Nos vero quam id
falsum sic, testimonij vetustissimorum Pa-
trum declarabimus.

Audiamus ergo proximum temporibus
Apostolorum Irenæum: Quemadmodum
qui est à terra panis, inquit, percipiens vo-
cationem Dei, iam non communis panis est.
sed Eucharistia, ex duabus rebus constans,
terrena & cœlesti: sic & corpora nostra,

Lib. 4.

Capit. 34.

V per-

AD CENSURAM THEOLOGI-

percipientia Eucharistiam, iam non sunt corruptibilia, spem resurrectionis habentia. Hunc colligimus, sic mutari panem in Eucharistiam hunc copiose Christi, propter corpora nostra mutantur, & sunt incorruptibilia. In qua mutatione cum non abiciatur substantia nostrorum corporum, nec panis substantiam abire statuendum est. Quapropter dicit Eucharistiam constare ex duabus rebus, terrena & coelesti, manifestissime significans panem manere, qui res terrena appellatur.

Tertullianus item lib. 1. contra Marcionem ait, Deum panem creaturam suam non abieccisse, quandoquidem illo corpus suum representauit. Et libro 4 contra eundem Marcionem: Acceptum panem, & distributum discipulis, corpus suum fecit. Hoc est corpus meum dicendo, id est, figura corporis mei. Figura autem non esset, nisi veritatis esset corpus. Cui sententia stipulatur & Basilus, vel ipso Damasceno teste, atque a deo ipse Augustinus.

De Orthodoxia, idem, libro 4.

Nec est, quod istis Patribus opponant Theophylactum, afferentem panem non esse figuram corporis Christi, quandovis intelligendam & inanem: quod verba eius super Marcum satis ostendunt, ubi afferit non esse figuram.

In Matth. cap. 26.

se figuram tantum. Neque Patres inanem
figuram statuunt.

Origenes in Matthæum cap. 26. Panis iste
quem Deus verbū corpus suum esse fatetur,
verbam est nutritiorum animorum. Idem
in Lœuit. Homil. 9. Non hæreas in sanguine
carnis, sed disce potius sanguinem verbi, &
audi ipsum tibi dicentem: Quia hic sanguis In Matth.
meus est, qui pro vobis effunditur. Et suprà capite 15.
ex hoc Scriptore docuimus, materiam Panis
sanctificati in ventrem abire, & in secessum
ejecti. Cui sententiae mox subiicit: Nec ma-
teria panis, sed super illum dictus sermo est,
qui prodest non indignè comedenti illum.

Cyprianus Libri 2. Epistola 3. ad Cæci-
lium, ex verbis Christi docet vinum fuisse,
quod ille sanguinem suum dixerit. Dixerat
enim Christus in Coena: Non bibam amo-
do ex ista creatura vitis, &c. Rursus: Sic ve-
rò calix Domini non est aqua sola, aut vi-
num solum, nisi verunque sibi misceatur,
quomodo nec corpus Domini Christi Iesu
potest esse farina sola, aut aqua sola, nisi
verunque adunatum fuerit, & copulatum,
& panis vnius compage solidatum. Quo
& ipso Sacramento populus noster osten-
ditur adunatus: Ut quemadmodum grana
multa, in vnum collecta, & commolita, &

V 2 com-

AD CENSVRAM THEOLOGA-

commixta, panem vnum faciunt: sic in Christo, qui est panis cœlestis, vnum sciamus esse corpus, cui coniunctus sit noster numerus & adunatus. Denique fatis coarguit tota illa Epistola antiquum hunc auctorem euacuationem symbolorum, quam isti transformatores statuunt, nesciuisse.

At Cyprianum opponunt Cypriano Theologastri, Ait enim in sermone de cena Domini: Panis iste quem Dominus Discipulis suis porrigebat, non effigie sed natura mutatus, omnipotentia verbi factus est caro. Respondeo. Primò Magnus ille Erasmus librum de Cardinalibus operibus Christi, in quo est sermo iste de cena Domini, non esse Cypriani ex styli duritie iudicat. Deinde quanquam durius loquatur, quisquis est ille scriptor, tamen concedimus quod ait naturam panis mutari, modo intelligas mutationem sacramentalem. Non enim effigies, forma & accidentia panis subeunt hoc munus ut sint Sacraenta, sed natura & substantia ipsa panis & vini mutatur in Sacramenta corporis & sanguinis Domini. Utq; substantia ipsa panis, & non effigies aut accidentia nutrit, ita corpus Christi & animam nostram alit, & corpus fouet atque infraurat. Utq; substantia ipsa panis constat ex multis granis, ita corpus mysticum quod representat,

mal-

multa habet simul coiuncta membra. Concedimus ergo mutari naturam sive substantiam panis, quam deliciæ nostræ Matæologia transubstantiando non mutat, sed auferit profus, apertissimè contra mentem etiam huius incerti authoris. Sic enim post verba citata sequitur: Et sicut in persona Christi humanitas videbatur, & latebat diuinitas: Ita Sacramento visibili, ineffabiliter diuina se infundit essentia, ut esset religioni circa Sacra menta deuotio. Videlicet ò portentositi transubstantiatores, hic collationem fieri inter personam Christi & hoc Sacramentum. Quare sicut in Christo manserunt duas naturas, ita & in hoc Sacramento servantur. Sed audiamus reliquos Patres.

Ambrosius in 1. Corinth. ii. Qui enim morte Domini liberati sumus, huius rei memores in edendo & potando, carnem & sanguinem, quæ pro nobis oblata sunt, significamus. Et mox: Testamentum ergo sanguine constitutum est, quia beneficij diuini sanguinis testis est, in cuius typum nos calicem mysticum sanguinis ad tuitionem corporis & animæ nostræ percipimus. Nec istis aduerteratur, quod citant ex 4. lib. de Sacrementis (vt interim demus hos libros Ambrosij esse) Si tanta vis est in sermone Domini Iesu, inquit auctor ille, ut inciperent esse quæ non erant,

AD CENSVRAM THEOLOGA-

Quanto magis operatorius est, vt sint quæ erant, & in aliud commutentur. Hæc verba, tantum abest ut nobis aduersentur, vt etiam sententiam nostram confirmemus. Ait enim sermonem Domini operatorium esse, non ut euaneant quæ erant, sicut fit in nostra ista transubstantiatione, sed ut sint quæ erant, & in aliud commutentur: Videjicit, ut corpus & sanguis Christi fiant, id est Sacra menta corporis & sanguinis Christi, quæ antè non erant. Pergimus itaque Partem recitare testimonia.

Hieronymus aperte super Matthæum inquit, Pane & vino representatum esse corpus & sanguinem Domini.

August. contra Adimantum Manichei discipulum, cap. 12. Non enim Dñs dubitauit dicere, Hoc est corpus meum, cùm signum daret corporis sui. Item contra Maximinū Ari anorum Episc. lib. 3. cap. 22. Hæc enim Sacra menta sunt, in quibus non quid sint, sed quid ostendant, semper attenditur: quoniam signa sunt rerum, aliud existentia, & aliud significantia. Kursus scribens Bonifacio Episcopo, Epist. 22. Si enim Sacra menta similitudinem quandam earum rerum, quarum in Sacra menta sunt, non haberent, omnino Sacra menta non essent. Ex hac ergo similitudine

plerum-

STRORVM COLON. ACAD. 156

plerunque etiam ipsarum rerum nomina accipiunt. Sicut ergo secundum quendam modum Sacramentum corporis Christi, corpus Christi est : Sacramentum sanguinis Christi sanguis Christi est : Ita Sacramentum fidei, fides est. Item de Doctrina Christiana liberti cap 5. Ea demum est misericordia animæ seruus, igna pro rebus accipere, & super creaturam corpoream, oculum mentis ad huiusmodum certum lumen leuare non posse.

Hesychius in lib 20. super Levit. capite 8. Propter eas ines cum panibus comediprecipiens, ut nos intelligeremus illud ab mysterium dici, quod simul panis & caro est.

Gelasius Episcopus Romanus de Divabus Naturis, contra Eutychen & Nestorium : Certe Sacraenta, inquit que sumus, corporis & sanguinis Christi, divina res sunt, propter quod & per eadem, divinæ efficiuntur confortes naturæ. Et tamen esse non definit substantia vel natura panis & vini. Et certe imago & similitudo corporis & sanguinis Christi in actione mysteriorum celebrantur. Satis ergo nobis evidenter ostenditur, hoc nobis in ipso Christo Iesu, omnino nostro sentiendum, quod in eius imagine profitemur, celebramus & tecum :

AD CENSVRAM THEOLOGA-

vt sicut in hanc scilicet diuinam transeunt
Spiritu sancto perficiente substantiam, per-
manent tamen in suę proprietate naturae: si
illud ipsum Mysterium principale, cuius no-
bis efficientiam virtutemque veraciter re-
präsentant, ijs ex quibus constat propriè per-
manentibus vnum Christum, quia integrum
verumque permanere demonstrat.

Gelasio concinit Augustinus qui 'oquitur
in eandem sententiam de eadem collatione
inter Christum & Eucharistiam, prout cita-
tur de consecratione distinet. Hoc est, in-
quit, quod dicimus, quod modis omnibus ap-
probare contendim⁹, sacrificium Ecclesie du-
bus modis confici, duobus constare, visibili
elementorum specie, & inuisibili Domini no-
stri Iesu Christi carne & sanguine: & sacra-
mento & re sacramenti, id est corpore Chri-
sti: Sicut Christi persona constat, & confici-
tur ex Deo & homine: Cum ipse Christus
verus sit Deus, & verus sit homo: quia om-
nis res illarum rerum naturam & veritatem
in se continet, ex quibus conficitur. Confi-
citur autem sacrificium Ecclesie & duobus, Sa-
cramento & re sacramenti &c. Ex hac Au-
gustini collatione sequitur, vt sicut in Chri-
sto manent duæ naturæ integræ, ita substan-
tia panis ab Eucharistia non est remouenda.
Affirmat enim quod omnis res eorum rerum
natū

STRORVM COLON. ACAD. 157

naturam & veritatem in se continet, ex quibus conficitur, & nemo dubitat ex pane confici sacramentum. Quapropter & eius naturam retinet. Quod Theodoreetus ille Cyri Episcopus aperiissime docet. Sic enim in Polymorphi Dial: primo Orthodoxus loquitur

Manifestus est scopus ijs qui sunt initiati sacris. Voluit enim eos qui diuina mysteria participant, ne ad eorum quæ videntur naturam attendant, sed per nominum mutationem credant quæ ex gratia facta est transmutationi. Qui enim naturale corpus suum frumentum & panem appellauit, atque item seipsum vitem nominauit, idem ipse etiam ea quæ videntur symbola, corporis & sanguinis sui appellatione honorauit, non equidem naturam ipsam transmutans, sed adjiciens gratiam naturæ.

Dialogo item secundo sic Orthodoxus loquitur: Captus es ijs quæ te dederas retribus. Neq; enim post sanctificationem mystica symbola illa propria sua natura egreditur, manent siquidem in priore sua substantia & figura, & specie, adeoque & videntur & palpantur, quemadmodum antea. Intelliguntur autem quæ facta sunt & creduntur, & adorantur, tanquam ea existentia quæ creduntur. Nihil aptius dici potuit contra monstruosam illam Transsubstantiationem.

AD CENSVRAM THEOLOGA-

Huc accedit etiam Gregorius in Reg. ffro:
Sed tamen azymum quem fermentatum
dum sumimus, Vnum co:pus Domini no-
stri Seruatoris efficiuntur. Azymum vero &
fermentatum, panem aperiè indicat mane-
re:sunt enim proprietates panis, quæ locum
non habent, h: eum subtrahas.

Exstat & Beitr ami libellus de corpore &
sanguine Domini, qui tradit symbolorum
naturas etiam post consecrationem conhi-
stere. Vixit autem Beitr amus circa annum
Dominii 840. Constat itaq: & nostram esse
eruditam vetustatem, & recens esse in seculis
istud de Transubstantiatione commentum.
Quin & Ioannes Schotus Doctor ille subtilis
scripto suo in Sentent: Distinct: II. lib: o.
4. Quæst. 3, auctor est articul'um Transub-
stantiationis, nec in symbolo Apostolo um,
nec in prisca illis symbolis esse explesum,
sed declaratum, definitumque ab Ecclesi: a:
sub Innocentio 3. in Concilio Lateraci-
fi.

An. Do.

3215.

Porro quod nigramentum Transubstan-
tiationis declaratum deum & definitum
ab Ecclesia Scottus scribit, non Catholicam
intellige, sed Romanam, postquam illa ab
Apostolica puritate & simplicitate deficer-
at. Etenim tot Patrum testimonijs ostendimus
primitiua Ecclesian: nequaquam ita

jenz

sentiisse. Et postea, in concilio Florentino
 sub Eugenio quarto Pontifice Romano ha-
 bito, vbi facta est unio Græcæ & Latinæ Ecclæ
 clesiarum, tametsi à Pontifice corrupti Ori-
 entales, pleraque Romana placita recepe-
 rint, nullis tamen argumentis perpelliri potu-
 erunt, vt monstrum Transubstantiationis
 reciperent. Cumque Unionis litteræ essent
 formandæ & publicandæ, diligenter caue-
 runt, vt huius rei nulla mentio fieret. Nam
 si tanti momenti fuisset ista Transubstan-
 tiatio, Ecclesia Romana numquam cum
 Græca voluisse coniungi, quæ eam non su-
 sciperit. Nam hæresim hodie dicunt esse
 & pestiferam, eam non admittere. Non au-
 tem credendum est Latinam Ecclesiam tan-
 tum voluisse cum hæreticis se coniungere, &
 cum illis communicare. Etenim quid mag-
 ni hoc momenti fit, si cum Christo & Pau-
 lo panem vocemus corpus Christi, etiam si
 non concipiamus cum spinolis Matæologis,
 accidens ibidem suo cassum subiecto subsi-
 stere? Pullulat hac radice grauis discordia
 rixæ, vt religiosi Poeta Mantuanus lib. 12.
 Fastorum, verbis utar, & cum ista senten-
 tia non habeat nisi λαγουδάκις, & laby-
 rinthos inextricabiles, ad pietatem non con-
 ducit, Porro anathemati Tridentino op-

An. Do.

1439.

AD CENSVRAM THEOLOGA-

ponimus anathema Apostolicum: Si quis an-
nunciauerit vobis Euangelium, præter id
quod annunciauimus vobis, anathema sit.

Quia obiter excommunicationis memi-
nerat Monhemius, eum locum ad calun ni-
am idoneū rati, Tragici isti Theocrines, mi-
ra rabie virus suum euomunt. Nouarum hæ-
reticorum professorem, deprauatum rectorem,
imò lupum vocantes Monhemium, nullius-
dum vel hereseos, vel erroris conuictum,
ipsi in tot pernitiosis depræhensi erroribus.

De cōsc. Quin & totam scholam Sycophantiis suis
Distinct. conspuunt, & Parentes rogant atque hor-
tantur, ne liberos suos eòmittant instituen-
z. Ego Be dos. Ipsos etiam Adolescentes obnoxè ro-
tengari. gan, vt id hominum genus tanquam vipe-
ras fugiant. Sed bene habet. Eos enim per

Dei gratiam, multi huius Scholæ Dusieldor-
pianæ alumni progressus in literis & pietate
fecerunt, & faciunt quotidiè, vt Ecclesiaz
& Reipublicæ utiliter aliquando inferire
possint, qui horum amentiam atq; furorem
hand dubio repressuri sunt.

Ne nihil intactum prætereat Sycophan-
tarum virulentia, carpunt ea quoque quæ de
causis institutæ cornè scribit Monh.: Rogi-
tant, si quis malus homo indignè sumat Sa-
cramentum, num is p; æclara illa quæ recen-
set, aisequatur. At qui non de aliis loquitur

Mon

Monhemius, quam qui viua fide accedunt,
 Quanto iustius conueniendi erant spinoli
 isti transubstantiatores, num putent cor-
 pus Christi reale atque substantiale, indigne
 sumentium tot impurissimorum Sacrificu-
 lorum manibus sensualiter tractari, frangi
 & dentibus atteri? Est enim hoc istorū non
 minus impium, quam absurdum commentū.

Deuoluuntur hoc loco ad suum illud axi-
 oma Pyrrhonum, de incertitudine iusti-
 ficationis & remissionis peccatorum, de quo
 supra diximus in defensione Dialogi. 5.
 Quod si interdum quod ad hanc certitudi-
 nem attinet, titubamus, id non sit vitio fi-
 dei, sed q[uia] nos illam absolutam perfe& amque
 non habemus. Veluti si quid Mathematicus
 de principijs artis suæ dubitet. Id eius facul-
 tatis incertitudini atque inconstitiae tribui
 non debet (est enim omnium certissima) sed
 illius potius inscitiae, qui artem suum perfe-
 & è non didicerit. Quare si nos aliquando
 vacillamus, vt sit, de nostra salute, sacra-
 menta incurruunt in oculos, & nos admonent.
 Q[uod] cùm sit, fides nostra excitatur vi Spi-
 ritus sancti, qui hoc organo Sacramentorum
 vritur, quemadmedium & verbi, quod præ-
 dicatur. Fides autem excitata, magis ac ma-
 gis iustitiam & remissionem peccatorum
 complectitur.

De

AD CENSVRAM THEOLOGA-

De Communicatione sub vtraque (ut lo-
quuntur) specie, longam hoc loco institutam
altercationem, & Communicationem sub
vtraque vel altera tantum specie, non diui-
ni, sed humani iuris, & arbitrariam esse, sa-
cilego ore blaterant. Nos ergo & institu-
tam esse diuinitus communicationem sub v-
traque specie, Scripturæ & Patrum testi-
moniis comprobabimus, & quæ isti contra
adserunt, perspicac' diluemus.

Christus in cœna sua, disertis verbis de sa-
cro poculo, inquit. Bibite ex hoc omnes. Mar-
c⁹ etiam subiungit: & biberunt ex eo omnes.
Quibus accedit quod apud Lucam Dominus
dicit: Accipite hoc & diuidite inter vos.
Hoc luculentum & disertum Christi insti-
tutum speans Apostolus Paulus 1. ad Cor.
11. restatur ab ipso se domino accepisse ius,
omnes Christifideles admittendi ad pocu-
lum Dominicum:

At Theologistæ clarissima Scripturæ te-
stimonia, puerilibus & ineptis argutijs elu-
dere se posse putant. Verba Domini apud
Marcum, inquiunt, non constringunt laicos
ad bibendum, sed solum illos qui præsentes
erant Apostolos. Quæ ratio, si valere debe-
at, non Ecclesiæ suæ Christus, sed Apostolis
dunataxat priuatim Sacramentum Cœnæ suæ
instituit. Siquidem verba eius solum eos co-
strin-

stringunt, qui præsentes erant. Quo iure igitur, quaue temeritate vel ip'si sumunt Sacramentum, vel vlti mortalium ad sumendum distribuunt? Nisi ludibrio scripturas habent, an ita cauillaturos putes?

So'os, inquiunt, Sacerdotes constringunt ea verba: hoc facite in mei commemorationem. At Paulus interpres verborum Christi, istis longè certior & verior, instituens totam Corinthiorum Ecclesiam. Quotiescumque manducabitis panem hunc, inquit, & calicem bibetis, mortem Domini anticiabis donec veniat. Nam quod isti dicunt Christum in Cœna Apostolorum consecrasse in Sacerdotes, non etiam disposuisse de modo vestendi vel sumendi hoc Sacramentum, frivolum est & falsum, atque egregie Matæologicum, sicut & illud, primarium usum institutionis Christi fuisse, ut sacrificium habremus, scriptura hæc non agnoscit, nec syllabam ad illa confirmanda poserre possunt.

Disertissima Pauli verba, tam puerili cavarillo eludent, Ut me ipsorum pigeat atque pudeat. Ajunt Apostolum nihil quicquam precipere de cōmunicatione alterius vel varijsq; specie, sed solum Christi saecūlū enarrare, quid in Cœna egerit. Stupefne letior acumen Matæologicū? Atq; longè alius est Apostoli scopus. Aberrantem Eccl. à verò cœnæ

AD CENSVRAM THEOLOGA-

vsi increpat, & eam à malo vsu ad primum
institutum Christi reuocat. Suntque institu-
entis & præcipientis, non narrantis verba:
Probet seipsum homo, & sic de pane illo
edat, & de poculo bibat. Nec iuuat eos quod
Paulus, iuxta Græcum textum non memi-
nit calicis, cùm inquit: *Quoniam vnuſ panis*
vnū corpus multi ſumus: Nam omnes ex
codem pane participamus. Quia ſemper ad
institutionem recurſendum eſt, cùm de Cœ
nē administratione agitur. Nec vident tal-
pæ quod mox ſequitur: Non potellis poculum
Domini bibere & poculum Dēmoniorum.
Quibus verbis fideles instruit, ideo ipſos fu-
gere debere communicationem Sacrificio-
rum Idololatricorum, quod particeps ſint
poculi Dominici.

Item ſi sacramentum ſanguinis Chriſti,
ſolis datum eſt sacrificis, quorū typum gelle-
rint Apostoli, iuxta iſtorum commentum.
certe res ipſa, nempe peccatorum remiſſio
per ſanguinem Chriſti parta ad ſolos perti-
nebit Sacrificos. Dominus enim diſerte di-
cit. Hie eſt ſanguis noui testamenti, qui ef-
funditur pro multis in remiſſionem pecca-
torum. At alibi ſcriptura non minus diſer-
te tradit, ſanguinem Chriſti effusum eſſe pro
remiſſione peccatorum omnium fidelium.
Proinde cum Laici, vt ab iſtis vocantur, rei
capaces

STRORVM COLON. ACAD. 161

capaces sint, quanto magis signi?

Stat igitur firma Domini nostri Iesu Christi traditio, digna planè cui cædant omnes omnium hominum traditiones, Cui & Ecclesia plurimis annorum centurijs, quamdiu gæta aliqua superfuit integritatis fideliter inhælit, sicut abundè ex Hystorijs & Patribus commonstrari potest. Tandem in perfido illo & crudeli Concilio Constantiensi, An. 1415, calix Domini populo Christiano prohibitus fuit. Postquam prohibitionem multæ inclitæ & inuiditæ nationes, ab Ecclesia Romana defecerunt, initio factò à Bohemis, quorum præcipuos doctores Incendiarij illi exusserrant, & deficiunt indies aliæ atque aliæ, atq; ut Virgili verbis vtar: Ex illo in peius rure & sublapsa referri Spes horum Danaum, qui ambitione & auaritia, aliisq; prauis affectibus exæcati, verbi Dei auctoritatem tyrrannide sua oppresserant, & puritatem traditionibus suis obfuscauerant.

Sed audiam⁹ Theologastros quomodo probent arbitrarium semper fuisse, sub altera vel utraque communicare specie. Citant aliquot Scripturæ loca, Lucæ 24. Et factum est dum accumberet cum eis, accepit panem & benedixit, ac fregit, ac porrigebat illis. Actorum 2. Frangentes per domos panem sumebant cibum in exultatione & simplicitate.

X tate

AD CENSVRAM THEOLOGA-

tate cordis. Acto. 20. Vno autem die Sab-
batorum, cum conuenissent discipuli ad fran-
gendum panem. At vnde constat illis hæc
Scripturæ loca de Cœna loqui? Augustinus
inquiunt, Chrysostomus sic intelligunt. E-
quidem fateor hos Patres per fractionem pa-
nis intelligere Cœnam mysticam, sed per
Synecdochen. Nequaquam enim in ea fuere
sententia, Laicis subtrahi posse calicem Do-
mini: Chrysostomus enim in poster: ad Cor.
Homelia 18. scribit: Est autem ubi nihil dif-
fert Sacerdos à subdito, ut quando fruen-
dum est horrendis mysterijs: similiter enim
omnes yr illa percipiamus digni habemur.
Non sicut in veteri lege, partem quidem Sæ-
cerdos comedebat, partem autem populus,
& non licebat populo participem esse corū
quorum particeps erat Sacerdos: sed nunc
non sic, verum omnibus vnum corpus pro-
ponitur, & poculum vnum. Idem alicubi do-
cet Augustinus. Iam si eo sensu quo Patres,
per fractionem panis intelligunt aduersarij
Cœnam Domini patiemur eos frui suo sen-
su. At ut coniecturis innixi discedamus à
tam clara Cœnæ institutione, adduci non
possimus.

Quando in scripturis parum præsidij vi-
dent Theologasti, actutum ad alia conuo-
lant subsidia. Atq; hoc loco quicquid vspiam
in vllis

STRORVM COLON. ACAD. 162

in vllis chartis vel superstitione vel curiositate factum legerunt circa Eucharistiam, id omnino in patrocinium suæ causæ congerunt.

Narrat Tertullianus vxorem suam exceptum in cœtu sacro Eucharistie panem, secum domum deferre, & mane ante cibum sumptum, de eo gustare consueuisse. Quid ad nos superstitione mulieris factum? Nam quomodo communicari etate Tertulliani Ecclesia, ipsem locuples est testis. Caro, inquit, corpore & sanguine Christi pascitur, ut anima de Deo saginetur.

Recenset sanè Cyprianus in Sermone de lapsis quedam miracula, ut impénitentes cōterreat. Muliercula quedam Eucharistie panem seruabat in arca, quā cū aperiret, ignis flammam inde emicantem expauit, Pollutus quispiā, partē cum ceteris ausus est latenter accipere, quam contrectare & edere non potuit, cinerem ferre se apertis manib: inuenit. Quorsum hęc? An ab istis exemplis formam communicandi sumemus? O sacrilegas improbissimorum tenebrionum strophas. Cur non & ex eodem Sermone adserunt Historiam, quam Cyprianus se præsente ac inspeccante testatur euennisse. Parentes fugentes persecutionem, paruulam filiam sub nutricis alimento reliquerunt, relietam nutritrix detulit ad Magistratus. Illi adductæ

AD CENSVRAM THEOLOGA-

ad Sacrificia Idololatrica , quod carnes pér-
ætatem commedere non posset , panem me-
to mixtum ex idolothvto præbuerunt . Eius
rei ignara mater , receptam postea filio lam
sacro cætui intulit . Paruula impatiens precis
& orationis Ecclesiastice , ang animo , & fle-
tu concuti cœpit . Vbi verò solennibus ad-
impletis , calicem Diaconis offerre p ræsent-
bus cœpit , & accipientibus ceteris locus eius
adienit , faciem suam paruula instinctu di-
uinæ Maiestatis auertere , os labijs obturan-
tibus p remere , calicem recusare . Perstitit
tamen Diaconus , & reluctanti licet de Sa-
cramento calicis infudit . Tunc sequitur sin-
gultus & vomitus . In corpore violato Eu-
charistia manere non potuit . Sanctificatus
in Domini sanguine potus de pollutis visce-
ribus erupit &c . Papæ , quam dilucide com-
monstrat hæc Hystoria , toto sine exceptio-
ne cætui oblatum fuisse calicem Domini ,
præsidente Ecclesiæ Carthaginensi sanctissimo &
eloquentissimo Episcopo Cypriano .

De Serapione quod narrant ex Historia
Ecclesiastica , necessitate sic exigente factum
est . Erat iste unus ex lapsis necdum Ecclesiæ
reconciliatis , ad quem morientem , Presbi-
ter , quod & ipse ægrotaret , venire non po-
tuit . Itaq; ne prorsus destitueatur econcili-
ationis solatio , quod toties ante morbum si-
m

Lib. 6. ca-
pite 34.

um expetierat, parum Eucharistiae puerο qui ad se venerat dedit, quod infusum iussit seni præberi. Redeunti puerο Serapion: Redisti, inquit, fili? Licet præbyter venire non potuit, tu tamen imple quod tibi præceptum est, ut possim discedere. Notanda sunt etiam verba quæ sequuntur: Cunque esset completa solennitas, velut cathenis quibusdam, vinculisque disruptis lætiorem iam spiritum reddidit. Quid enim sibi volunt ea verba: Cunque esset completa solennitas? Proximus obscurum est hoc exemplum, & iuxta publicum ritum accipiendum. Nam & ad ægrotos integrum quoque delatum fuisset Sacramentum, Hieronymus testis est, ait enim ad Exuperium: Nihil illo ditius, qui corpus Domini in canistro vimineo, sanguinem portat in vitro. Et quoties de gestatione mentionio, pars altera Sacramenti complectenda est, nisi expressè excludatur. Sed de nova ista persequi, Nam quæ postea de Melanthone, Bucero & Lutherο blaſtiunt Sycophantias esse meras norunt, qui horum virorum lucubrations vel à lumine salutarent.

Obijcūt sibiipsis hereticorum nomine locum Ioannis 6. Nisi manducaueritis carnem filii hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis. Atque hic mirè se torquent, & tandem per tropi m

AD CENSVRAM THEOLOGA-
elabuntur. Constringit tamen eos Thomas
Aquinus, licet ex recentissimis scriptoribus.
Is enim parte tertia quæst:73 de Eucharistia
Artic:2.dicit. Quod dicitur vnū Sacramen-
tum, quia ordinatur ad spiritualem refecti-
onem, quæ corporali conformatur. Ad corpo-
ralem autem refectionem duo requiruntur,
scilicet cibus, qui est alimentum siccum, &
potus, qui est alimentum humidum. Et ideo
etiam ad integratatem huius Sacramenti duo
concurrunt, scilicet spiritualis cibus, & spi-
ritualis potus, secundum illud Ioan. 6. Caro
mea verè est cibus, & Sanguis meus verè est
potus. Thomæ concinit Glossator Decreti.
De Consecrat. Distinct. 2. Qui manducant
& bibunt Christum, vitam manducant & bi-
bunt. Illum manducare est refici, illum bibe-
re est viuere. Qui manducant, Glossa, id est
in specie panis & vini. Sanè nisi propositis
his duobus Symbolis, panis & vini, mensa
Domini esse non poterit. Qualis enim men-
sa in qua cibus apponatur sine potu?

Quærunt ex Monhemio quonam modo
statuat ex verbis Euangelistarum speciem in-
divulsiōnem, cùm is Ioannem non citauerit,
Itaque cum umbra sua pugnant.

Romm. I.
Frustrantur etiam isti Sacmentorum
violatores, vt Pauli verbis utar ἐπ τοις δια-
λογισμοῖς ἀντῶμεν: Corpus Christi inquiunt
quod

quod sub forma panis datur, utique viuidū est, nec caret sanguine, in quo vita consistit. De specie vini idem fencendū est. Sanguis enim viuidus, sine viuendo corpore subsistere nequit. Proinde cum sub utraquis specie corpus & sanguis Christi sumatur, calicis ista sublatione plebi Christianæ fraudi non fuisse existimanda est. Satis irreligiosa est ista argutatio, Nam cùm non sint naturæ opera in hoc Sacramento corporis & sanguinis Christi communicatio, de tanto mysterio ex physica ratione quicquam colligere velle, non minus à ratione, quam à religione alienum est. Quicquid nobis istarum rerum traditur, fide accipitur, & verbis promissionum Christi nobis offertur, ratione nobis inexplicabili. Scimus Christi corpus in cælo non esse exangue. Sed vos quomodo probabitis corpus & sanguinem in Sacramento coniuncta significare? Quia diuersis ea symbolis Ecclesiae suæ exhibuit Christus, ideo fides communicatum ex una parte ibi corpus Christi amplectitur, in crucem actum pro nostra salute, inde spiritualiter pascimur: Eademque fides ex altera parte apprehendit sanguinem eius pro salute nostra effusum, atque hinc Spiritualiter & rigamur & potamur. Per hec mysteria mortis Christi potissimum versatur animus fidelium comunicantium, Praeclare sanè

AD CENSVRAM THEOLOGA-

De conse. Augustinus: Cùm frangitur hostia, dum sanguis de calice in ora fidelium funditur, quid frangitur. aliud quām Dominici corporis in cruce immolatio, eiusque sanguinis de latere effusio designatur? Omissis igitur humanis argutiis verbo Christi firmiter inhæreamus. Est ille lux mundi, quem qui sequitur, non ambulat in tenebris.

In com- Si tanti facim⁹ humanas cogitationes, quanto verior est & scripturis magis consonantia illa Ambrosij ratio? Caro, inquit, saluatoris pro salute corporis, sanguis vero pro anima nostra effusus est, sicut prius a Mose præfiguratum fuit. Sic enim ait: Caro, inquit, pro corpore vestro offertur, sanguis vero pro anima. Ambrosiu secutus Glosator Decreti de Cons:dist. 2.cap. Cōperim⁹ In illa verba Ge Quia divisio vnius eiusdemq; mysterij sine grandi sacrilegio non potest peruenire. Nō superflue sumitur ex vtraque specie, inquit, Nam species panis ad carnem, & species vini ad animam refertur, cùm vinum sit Sacra mentum sanguinis, in quo est sedes animæ. Ideoq; sumitur sub vtrah⁹ specie, ut significetur, quod vtrumq; Christus & carnem assumpsit, & animam: & quod tam animæ quām corporis participatio valeat. Vnde si sub una tantum specie sumeretur, ad tuitiōnem alterius tantum valere significaretur:

Item

STRORVM COLON. ACAD. 165

Item Thomas parte 3. Quæst. 77. Artic. 2.
dicit: Quamvis totus Christus sit sub uti a-
que specie, non tamen frustra datur sub v-
traque specie: quia hoc est conueniens usui
huius Sacramenti, ut scorsum exhibetur fi-
delibus corpus Christi in cibum, & sanguis
in potum: Quia corpus exhibetur pro salu-
te corporis, & sanguis pro salute animæ.

Quod autem aiunt impropriè nos mandu-
care corpus Christi, quod nemo dentibus
commolare aut conterere poterit, verè qui-
dem hoc dicunt, sed Decreto suo parum con-
sentaneè. Conscripta enim in Decreto sub
Berengarij nomine Confessio, tradit verum
Christi corpus Sacerdotum manibus tracta-
ri, frangi, & fidelium dentibus atteri. Co-
natur excusare tantam absurditatem bonus
Glossator, & dicit hæc intelligi debere de
speciebus. Sed verba Confessionis hanc
Glossæ excusationem non admittunt: Ex-
pressè enim inquit Confessio, hæc fieri non
solum in Sacramento, verùm etiam sensuali-
ter. Eamque sententiam mox repetit: Non
solum Sacramentum, sed corpus & sanguinem
Domini nostri Iesu Christi in veritate
(ò detestandam abominationem) manibus
Sacerdotum tractari, frangi, & fidelium den-
tibus atteri. Eos, qui aliter sentiant, æterno
anathemate dignos pronuntiat. Quid mi-

De Con-
fessat.
distin. 2.
Ego Be-
renga-
rius,

AD CENSVRAM THEOLOGA-

rum? si tanta absurditate mentes infidelium offendimus, & à fide alienamus? Ita ut quidam dixerit, pessimam esse gentem, quæ Deum suum deuorat. Hanc tam egregiam scilicet Confessionem, Vercellensi Concilio, & Nicolao Pontifici debemus.

Abunde monstratum putat Matæologica vanitas, Christum non precepisse, utrunque speciem Laicis percipiendam esse, quod loannis 6. neutrius speciei meminerit. Quali verò poste à Sacraenta panis & calicis toti Ecclesiæ non instituerit, & spirituali manducationi atq; potionis, externam & sacramentalē adiecerit, ut illa spiritualis adiuuaretur, & efficacior esset.

Similis vanitatis est, quod putant Laicis cōmunionem sub specie panis sufficere, quia Christus dicat: Qui manducat hunc panem vivit in eternum. At qui dixit, Qui manducat me, ipse vivet propter me, idem mox subiicit: Caro mea verè est cibus, & sanguis meus verè est potus: Qui manducat meam carnem & babit meum sanguinem, in me manet, & ego in eo. Item: Qui edit meam carnem & babit meum sanguinem, habet vitam æternam, & ego suscitabo eum in nonuissimo die. Nisi Thysies essetis Thelogistæ, videretis Christum nobis dare carnem suam ratione cibi spirituatis, & sanguinem ratione

STRORVM COLON. ACAD. 169

ratione potus. Itaque supra ex Thoma docuimus spiritualem refectionem conformari corporali. Ad corporalem autem refectionem duo requiruntur, scilicet cibus, qui est alimentū siccum, & potus, qui est alimentū humidum. Et ideo etiam ad integratēm huius Sacramenti duo concurrunt, scilicet spiritualis cibus, & spiritualis potus.

Es wollenn vns disse verblinte
Blindenfürer immer auss dem
Nachtmall des Herren ein
Neuスマll machen.

Quod autem scribunt: Cūm tanta sit ac esse pos sit, Laici sub vna specie communicantis, quanta est Sacerdotis sub vtraque specie sumentis religio: Consequitur Laicum tandem sub vna specie, atque Sacerdotem sub vtraque accipere. Contradicit illis Alexander ab Hales, qui sic inquit: Licet illa sumptio, quę est in accipiendo sub vna specie sufficiat, illa tamen, quę est sub duabus, est maioris meriti, tum ratione augmentationis deuotionis, tum ratione fidei dilatationis actualis, tum ratione sumptionis completoris, &c. Hunc scriptorem citavi, non q̄ multum illi deferam, sed q̄ recentissimus est, ut Lector intelligere possit, admodum nuperam esse hanc Sacramenti mutilationem.

Perpetuo

AD CENSVRAM THEOLOGA-

Perpetuo contendunt, sub specie panis etiam dari sanguinem, & sub specie vini corpus. Ita sequeretur, Sacerdotes sacrificantes bis sumere corpus & sanguinem Christi: semel sub specie panis, & iuris sub specie vini. Quo quid est absurdius?

Perinde negatorum est, quod aiunt: Si ad circumstantias, & ritus a Christo exhibitos nos obligari putemus, tunc non nisi possit cœnam, p[ro]andium, & pedum lotionem erit offerendum: præterea non nisi cœnatis, cum alijs circumstantiis plurimis dandum erit.

Respondeo cum Augustino, Si hoc ille monisset, ut post cibos alios semper acciperetur, credo quod eum morem nemo variasset: nunc autem huiusmodi circumstantias in arbitrio Ecclesiæ reliquit. Mandata sunt, quod ad hoc Sacramentum: Accipite & edite: Accipite & bibite ex eo omnes: Hoc facite in mei commemorationem: Probet scipium homo, Et alia id genus. Ibi de tempore, de loco, de vestitu, & aliis huiusmodi circumstantiis nulla fit mentio. Libera hec suntio, & ab Ecclesiis ordinantor. Ritus ablueri pedes ad hoc Sacramentum non pertinet, & vitande p[ro]lixitatis causa, de eo nunc non agam.

Quod obiiciunt de ruperis illis Conciliis, Constantieni & Easiliensi, nihil moratur. Illis

Illi non paret, neque Græca Ecclesia, neque totus Oriens, nec in oriente, quandoquidem aduersus Dei verbum statuerunt. Et labi Concilia nouum non est, ut de Ariminensi, Chalcedonensi, Ephesino secundo, & Aphri cano, cui interfuit Cyprianus, & plerisque aliis constat. Nonne tempore Christi Concilium Sacerdotum, & Ecclesia illius temporis turpiter errauit, cum Christi doctrinam, & Christum ipsum, & Apostolos damnauit? Hominum cœtus sunt Concilia, multa sepe iugorationis caligine laborantium, nec omnia ex Spiritu Sancto decernentium. Sepe quoque maior pars vincit meliorem. Quare Conciliorum definitionibus & sanctionibus eatenus dontaxat est acquiescendum, quatenus cum verbo Dei conueniunt, à quo si discedunt, ut erronei sunt respuendē.

Sed audiamus quas habuit causas iustissimas scilicet Ecclesia malignantium, ut Ecclesiam Christi Sacramento Calicis spoliaret.

Primum, Ne Laici sibi persuasum haberent, se ad utriusque speciei perceptionem obligatos esse præcepto dominino. Quin igitur abolent scripturam Matthei, Marci, Lucæ Euangelistarum, Pauli item Apostoli de institutione mystici huius epohi? Quamdiu enim illa extabit, omnibus Laicis vocem Magistri sui Christi audiientibus, erit persatisfimum

AD CENSVRAM THEOLOGA-

simus se ad communionem vtriusq; speciei obligari. Hæc causa non tantum non est iustissima, sed simpliciter Antichristiana.

Deinde, Ut doceat nihilominus totum Christum tam sub vna, q; vtraq; cōprehendi specie, &c. At nos suprà docuimus doctrinam Matæologic. esse irreligiosam & absurdam. Quare ne hæc quidem iusta erit causa, nedū iustissima. Certè Lyranus quanq; recens scriptor, inquit: Vtrunque est de perfectio-
ne Sacramenti, scilicet forma panis, & forma
vini, tum quia per vtrunque simul perfectè
exprimitur passio Christi, tum quia vtrun-
que significat perfectam refectionem.

Tertiam causam assignant, ut vitentur im-
mania illa pericula effusionis sanguinis, &c.
Quid hoc aliud est, q; æternam Dei Patris Sa-
pientiam Christum Iesum, institutorem hu-
ijs Ceremoniæ, imprudentiæ accusare, qui
hæc tam immania pericula non præuiderit?
Quid tentamus Dominum? nunquid sapien-
tiores eo sumus? Quid Irēneo, Basilio, Na-
zianzeno, Ambrosio, Augustino prudentius,
& in negotiis Religionis sollicitum magis?
Illos ne hæc in Eucharistia pericula non vi-
disse putatis? Viderunt haud dubiè, sed tan-
ti non fecerunt, ut eorum causa Sacra-
menta violarent. Si adeò solliciti sunt Theologasti
ne indignè tractetur sanguis Christi, canes
& porcos ab eo arceant, à quibus proculdu-

bio grauior illi fit iniuria, quām si aliquid de calice in terram destillaret. Summa cura & diligentia pīj ministri current, ne sacrūmpocalū in terram effundant. Quod si forte fortuna contigerit, grauiter quidem ferendum est, non tamen ita exaggerandum, quasi nepharium & grande scelus. Sed est iste vetus mos Hypocitarum, Colare culicem, & devorare camelum.

Quia sanctissimum Christi Martyrem Cyprianum citauerat Monhemius, fatentur Theologistæ, utriusque speciei communem eius ētate in vsu fuisse, ita tamen ut licuerit etiam altera specie legitimè yti. Sed confutant eos Cypriani verba. Nam in Epist. ad Cecil. inter cetera sic ait: Solum Christum in hoc negotio audiendū esse: prētereā, non esse spectandum, quid alij ante nos fecerint, sed quid Christus ante omnes egerit: deinde qui non facit ut ille fecit, frustra colere Deū mandatis atq; doctrinis hominum, & cet.

Tandem ad Achillis clypeum, hoc est, Ecclesiæ auctoritatem cōfugiunt, vbi quod nostrū est, in ira impudentia sibi vendicant. Nobiscū enim Eccl. Græcię, totus Oriens, & vniuersa vetustas faciunt, & admodum recens est Sacramenti Eucharistię turpis mutilatio, quando Martinus eius nominis quintus, Roman. Pont. etiam post interdictum Consilii Constantiensis, in solenni officio Paschali, Ro-

Libro 2.
Episto. 3.
cōtra A-
quarios,
qui pro
vino sup
ponebāc
quam,

AD CENSVRAM THEOLOGA-

mani ordinis formam , & antecedentium Pontificum morem secutus, populum sub utraque specie communicasse legitur. Non igitur Ecclesiam Christi sponsam laceramus, sed istos sacrilegos Sacramentorum violatores. Et sicut integri Sacramenti preceptoribus gehennę minas intentant Testamenti Christi temeratores, ita contra eos pronuntiamus Apostolicum anathema : Si nos aut Angelus à cœlo aliter euangelizauerit, anathema esto.

Tandem, sumpta occasione à pia quadam Monliemii precatione, expatiuntur in parec balim quandam, Multa querantur de spoliatione Ecclesiarum, de neglectu & contempnione studiorum & literarum, de factionibus, & dissidiis animorum, & aliis huiusmodi peruersitatibus, quę controversam Religionem secutę sunt. Huic querimonię calumnias suas & mendacia virulentē admissent, & veritatis assertores in odium & inuidiam vocare suo more satagunt. At nos, omisis & spretis Theologastrorum Sycophantiis, Veritatis & Euangelii studiosos omnes per nomen Domini & Assertoris nostri Iesu Christi oramus & obtestamur, vt de pace & concordia incunda serio cogitent & syncretismo agendo. Presertim vt agamus de componendo dissidio Eucharistico,

quo

STRORVM COLON. ACAD. 169

quo tam periculose hodie perturbatur Ecclesia, flabella nobis Pontificiorum stimulos admouere debent. Ab ijsiamus ergo una cum Matæologicis transsubstantiationibus, portentis, & τερατολογίαις, φιλονεκίᾳ quoque, & ιακούθεαρ. Cùm iudicio legamus Patrum hyperbolas, qui nihil ferè reliqui faciunt diuinarum rerum, quod huic Sacramento non attribuant. Rursus repudiemus Anabaptistarum contumeliam, qui tessaram tantum mutuæ charitatis, & mortis Christi frigidum tenuēque signum hic esse statuunt. Offerri nobis & exhiberi verum corpus & sanguinem Domini nostri, vescen- tibus in hoc epulo sacro, nihil addubitemus. De modo præsentia Christi placide & amicè conferamus, viasque concordiaæ quaeramus. Quæ si statim se non obtulerint, sine odio tamen & acerbitate dissideamus. Et, vt Cicero cum Torquato de Epicuri dogmate disputans dixit: Sit ista in Græcorum leuitate peruersitas, qui maledictis infestantur eos, à quibus de veritate dissentient. Ita inter Euangelij candidatos, multo magis hæc modestia vigere debebat, vt sine odiis & contumeliis in aliquibus dissentirent, & hanc peruersitatem Sycophantis relinquenter.

AD CENSVRAM THEOLOGA-

Properamus ad defensionem Decimi Dialogi, qui est de Pœnitentia. In quo reprehendunt initio, quod Monhemius Matæologicam illam & visitatam Pœnitentiæ diuisionem non posuit, Quæ est in cordis contritionem, oris confessionem, & operis satisfactionem. Quasi verò salutaris pœnitentia istis constet. At longè aliud nobis prædicat horrendum illud Iudæ proditoris exitium, cui nihil horum defuit, salutaris tamen pœnitentia defuit. Contritionem cordis habuit adeò horribilem, ut in desperationem & mortem æternam tandem exierit. Ore confessus est, idque coram Sacerdotibus, dicens: Peccavi tradens sanguinem iustum. Opere satisfecit, dum tringenta argenteos, irritamentum scilicet prauitatis suæ, in templum abiecit. Nihil tamen omnia hæc misero profuerunt. Hoc tristissimum huius infelicitis hominis exemplum coarguit, partitionem istam Matæologicam parum esse Magistrali, & naturam, veræ & salutaris pœnitentiæ non exprimere.

De potestate Ministerorum, & Clauibus Ecclesiæ disputationem cum istis rixatoribus non instituam. Nam quod Monhemius scribit, relugantem peccatorem non statim condemnandum & ligandum, locum respicit Matth,

STRORVM COLON. ACAD: 170

Matth. 18. Si peccauerit in te frater tuus, & ceteri, non Sacerdotes aut auricularem confessionem, ut stupidæ istæ Belutiæ putant.

Quod vero definitionem Monhemij nouitatis insimulant, & mortificationem atque vivificationem non partes esse Penitentiae, sed effecta contendunt, cum satis constet, Scripturis consentanea dicere Monhemium, nos istorum Sophisticen parum moramur.

De Satisfactione disputaturi, ne suum modum dediscant, prius disputationem ingrediuntur, calumniis suis Monhemij innocentiam conspuunt, ut eum in Principis indagationem pertrahant. Sed nos omissis Sycophantiis, ad disputationem ipsam tendamus. Illud tamen specta Lector, horum blaterorum importunitatem: Hactenus exagitarunt Monhemium, quod de libero Arbitrio, de Fide, de Iustificatione, de que huiusmodi rebus arduis, suis Quintanis scilicet & Quartanis aliquid tradere fuit ausus, nunc insultant eius silentio, quod de Satisfactione & Purgatorio nihil dicit. Ita siue loquatur, siue taceat, istorum calumniæ erit obnoxia.

Nunc de Satisfactione,

Concedunt Theologasti, Christum eantibus esse peccatorum nostrorum satisfactionem, quatenus in Baptismo omnia peccata

AD CENSVRAM THEOLOGA-

nōstra abolentur. A Baptismo verò si quis lapsus fuerit , ei secundum mensuram delicti satisfaciendum esse. Quasi verò Christus aliis Mediator sit vno tempore , quam alio .
¶. Ioan, 1, 2
Sed diuina illa Ioannis Theologia , horum Matæologiam apertissimè refellit : Si confiteamur , inquit , peccata nostra , fidelis est & iustus , ut remittat nobis peccata nostra , & emendet nos ab omni iniquitate. Rursus : Filioli , hæc scribo vobis , ut non peccetis , q̄ si paccauerimus , aduocatum habemus apud Patrem Iesum Christū , quem appullat ἡλαθυος , id est , propitiationem nostram. Ex quibus verbis colligas , etiam post Baptismum si labamur , Christum esse nostram iustificationem , non opera nostra .

Aiunt Christum , quamvis merito passio-
nis & mortis suę pœnitentibus culpam & pœ-
nam remittere posse , non tamen id , quod me-
lius politia Ecclesiastica conseruaretur , fa-
cere voluisse , quin potius satisfactiones ali-
quas exegisse , quas nos ipsi scelerum enor-
mitati rependeremus . Vbi quæso Christus
has satisfactiones exegit ? Tam multa con-
donauit plerisque peccata , à quibus nihil tan-
te exegit . Publicanus , qui orauerat : Deus
proprius esto mihi peccatori , iustificatus
di-

discessit. Paralytico dictum est : Confide fili. remittuntur tibi peccata tua , neque aliud ab eo Dominus requisuit. Audiit mulier peccatrix , sed pœnitens : Fides tua salvam te fecit, Remittuntur tibi peccata tua , vade in pace . Audiit Latro in cruce : Hodie mecum eris in Paradyso. Et de pœnitentia Petri Apostoli Ambrosius inquit: La chrymas Petri lego, satisfactio[n]es non lego. Clamat Dominus apud Ezechielem : Quacunque hora iniustus ab iniustitia sua recesserit , eius iniustitiae non amplius recordabor. Vnde Augustinus super Psalmum, Beati, quorum remissæ sunt iniquitates , &c. Et quia totum gratiæ eius imputatur , inquit , non meritis nostris : Beati, quorum remissæ sunt iniquitates , & quorum testa sunt peccata , non in quibus non sunt inuenta peccata , sed quorum testa sunt peccata . Coperita sunt peccata , & testa sunt , abolita sunt. Si texit peccata Deus, noluit aduertere : si noluit aduertere , noluit animaduertere : si noluit animaduertere , noluit punire , noluit agnoscere , maluit ignoscere . Hancenus Augustinus. Consydera vero Legitor, quod dicit , totum gratiæ eius imputatur , non meritis nostris. Qua sententia & id confutat quod dicunt nostram scilicet Sa-

AD CENSVRAM THEOLOGA-
tisfactionem vim suam recipere à satisfac-
tione Christi, ejq; inniti. Semper eò tendunt
Theologastri (licut in Censura Quinti Di-
alogi vidimus) Christum nos ideo redemis-
se , quòd sit habendus caput nostrorum me-
ritorum. Sed hoc est nimium parcè & malig-
nè vti beneficio Dei. Ideo diuinæ iustitiae
Christi mortem, vt plenissimam peccatorum
nostrorum satisfactionem opponimus.

Quòd verò peccandi temeritatem atti-
net, nulla re melius ea cohibetur, quām cùm
seriò perpendimus, quām illustrem vīd imam
postulauerit iustissimè in nos accentia Dei i-
ra, in quā omnia nostra delicta transferren-
tur. Cumq; ea nulla re alia sedata sit, nisi san-
guine & morte Christi, grauissimè blasphem-
iæ accusandi sunt , qui id aut operibus no-
stris, aut ritibus atque exercitiis extenuis tri-
buunt . Quam blasphemiam rude præfer-
tim vulgus, Pastorum suorum vitio, horribi-
liter incurrit.

Cæterū q; à peccato revocare , & quasi
reno quodam coēcere has satisfactionias pœ-
nas, cautiōres q; & vigilantiores in futurum
pœnitentes efficeri scribunt , hęc si de veris
duntaxat exercitiis pœnitentia loqueren-
tur,

tur, ferremus: nunc verò, cùm hæc magnifica verba etiam ad nugas illas transferunt, quas vulgus Sacrificularū confitentibus iniungit satisfactionum titulo, nos illos cum magniloquentia sua auersamur.

Nugatorium quoque est, & Matæologiam resipit, quòd dicunt, Mortem æternam virtute Sacramenti in temporariam cōmutari. Quia Deus quando culpam condonat, vñā etiam à pœnis liberat. Quod si videatur illos quandoque affligere, quos in gratiam recepit, non sunt dicenda pœnæ flagella, quæ sic irrogantur, sed paternæ correctiones, quibus retinet suos in officio, & declarat omnibus quām odiat scelera, licet ipsa condonet gratis. Ergo ne propter gratuitam remissionem ad peccandum faciles simus, supplicia irrogat eis, quos nobis statuit exempla. Huc pertinent afflictiones Adæ & Euæ, Dauidi Regi, Israēlitis, etiam post condonata peccata, irrogatae. Quas tamen non semper & omnibus, post condonata peccata, infert. Nec potestati Clauium eiusmodi afflictiones subiecit Deus, sed distribuit illas pro suo arbitrio, & sepe auertit aut lenit, prout à Sanctis inuocatur, & eos vera pœnitentia & sedulò videt ad se conuersos.

AD CENSVRAM THEOLOGA-

Restat ut de Patribus respondeamus. Lo-
quuntur illi de Satisfactionibus, aut quæ co-
ram Deo fiunt, aut quæ coram Ecclesia. Sa-
tisfaction, quæ fiebat coram Ecclesia, à publicè
pœnitentibus velut exploratio quadam erat
& probatio pœnitentium, ne simulata pœ-
nitentia fallerent. Testatur hoc Augusti-
nus in Enchiridio ad Laurentium, capite 65.
Plærunque dolor alterius cordis, inquit, oc-
cultus est alteri, neque in aliorum notitiam
per verba, vel quæcunque alia signa proce-
dit, cùm sit coram illo, cui dicitur: Gemitus
meus à te non est absconditus: re& è consti-
tuuntur ab his, qui Ecclesiæ præsunt, tem-
pora pœnitentiæ, vt fiat etiam satis Ecclesiæ, in
qua remittuntur ipsa peccata. Porro hæc
saluberrima satisfactio, iam olim vna cum
disciplina Ecclesiæ obsoleuit, nonsine dolo-
re & gemitu piorum omnium, & maximo
Ecclesiæ detimento.

De Satisfactione coram Deo, sciendum
est, quod satisfacere interdum est, vt dicit
Asconius, tantum facere, quantum satis est
irato homini ad vindictam. Quod nemo
nostrum præstare potest, Christus id tan-
tum perfecit, vt ira Dei quantum tene-
batur, per solueret. Sed altera eius vo-
cis significatio est apud Latinos, vt sit re-
spon-

spondere existimationi atque opinioni de
se conceptæ, vt Cicero prima Epist familia-
riter scribit: Ego omni officio ac potius pie-
tate erga te, cæteris satisfacio omnibus, mihi
ipse nunquam satisfcio. Ex hac ratione Pa-
tres seria mortificationis exercitia, nonnun-
quam vocant satisfactiones, vtpote quibus
nos approbamus Deo, tanquam verè pœni-
tenter. Quod genus satisfactionum vtinam
tam in vñsu esset apud aduersarios, quam li-
benter de vocabulo garriunt. Tandem fa-
tisfactiones in abusum & superstitionem a-
bierunt. Quare cauere debemus, nec crucis
& mortis Christi meritum imminuamus, no-
stris operibus ascribendo, quod illi singu-
lariter concessum fuit, vt peccata condona-
ret & ab æterna damnatione redimeret.

A satisfactione progrediuntur ad Purga-
torium illud suum astruendum Theologa-
tri. Aiunt enim si quis ex hac vita discedat,
priusquam pœnas satisfactionum eluisset,
hunc eas in Purgatorio post mortem pœnis
& quidem grauissimis dissoluere. Cui sen-
tentiae vehementer aduersantur Cypriani
verba in fine Tractatus contra Demetri a-
num: Credite, inquit, & viuite, & qui nos
ad tempus persequimini in æternū gaudete
nobiscum. Quando istinc excessum fuerit,

AD CENSVRAM THEOLOGA-

nullus iam locus pœnitentiae est, nullus Satisfactionis effectus. Hic vita aut amittitur, aut tenetur, hic saluti æternæ cultu Dei, & frumentu fidei prouidetur. Si nullus à morte satisfactionis effectus est, quomodo in Purgatorio persoluerit id satisfactiōnis animæ defunctorum, quod in hac vita sicut omnissimum?

Cypriano succinit Hieronymus in Psalmum 106. Dum estis in hoc seculo, hortor vos agere pœnitentiam. Confitemimini ergo Domino, quoniam in illo tantum seculo misericors est. Hic misereri potest pœnitentis: quia illic Iudex est, non misericors. Hic misericors, illic iudex est. Hic porrigit manum cadenti, illic sedet iudex. Hic vides Hieronymum in alia vita nihil videre, nisi Iudicem, & cœlum & infernum. Ideoq; horatur, ut dum in hac vita sumus, pœnitentiam agamus.

Concinit istis liber Hyposticon Quintus: Da mihi præter hunc alterum locum, inquit, ubi vita possit requies esse perennis. Primum enim locum fides Catholicorum diuina auctoritate regnum credit esse cœlorum: unde, ut dixi, non baptizatus excipitur. Secundum gehennam, ubi omnis Apostata, vel à Christi fide alienus, æterna suppli-

supplicia experitur. Tertium penitus ignoramus, immò necesse in Scripturis sanctis inueniemus. Finge Pelagiane locum ex officina dogmatis tui , & cæt. Vbi hic medius iste locus , de quo garriunt Theologasti ?

Sed vident ipsi in Scriptura, quod Author huius Libri non vidit. Citant enim locum Apostoli 1. Corinth.3. Ipse saluus erit, sic tamen, quasi per ignem. Quem locum Synodus illam Florentinam de Purgatorio exposuisse dicunt. Atqui Paulus hoc loco de Doctoribus & Doctrina loquitur. An igne sui purgatorii, discerni doctrinas volunt? An inde discemus, quid differat verum à falso? Deinde , vt & Augustinus rectè monuit, ignem constituit, quem tam boni, quam mali ædificatores experiantur. Cuiusque opus, quale sit, inquit, ignis probabit. Ergo ne Apostolis & Sanctis omnibus ignis iste communis est? Tertiò : Cùm figura sit in vocabulis stipulae, sœni, auri , argenti , qui fiet quod in ignis nomine nihil erit figuratum? Merito tam ineptam & frivolam expeditiō nem vanitatis arguit Doctissimus ille Erasmus Roterodamus in Annotationibus. Est & absurdā Chrysostomi interpretatio, vt ut eam lenire conatur , qui de igne gehennæ

AD CENSVRAM THEOLOGA-

intelligit. Ignis iste Theologastri , vobis superstitutionū & corruptelarum patronis maximè metuendus est, sicut in hunc locum Ambrosius inquit: Semper erubescat necesse est qui se videt falsum defendisse pro vero. Quantum ad Synodum Florentinam attiner, habes specimen lector , quām illa fuerit in sacris literis oculata . Quare non est mirum Græcam Ecclesiam in illa Synodo diu restitisse Purgatorio , donec tandem Bellarion, Rutenus & Nicænus Græcorum legati ambitione & largitionibus corrupti , magnificis etiam promissis deliniti, in Romanae Ecclesiæ sententiam concederunt. Quorum tamen sententiam , cum domum rediissent , Ecclesiæ recipere detrētarunt.

In expo-
fit. Sym.
boli.

Liber 2. Machab . quem citant Theologistæ, veritatem oppugnare non potest. Si quidem Cyprianus testatur Ecclesiam recepiisse quidem illos libros, ut in Ecclesijs legantur, sed non quo inde fides nostra confirmetur. Et Hiero: dum eos citat, solet addere, si quis velit credere aut recipere. Et Augustinus contra secundam Epistolam Gaudentij, non inutiles esse dicit , modo sobrie legantur & audiantur. Ut de alijs taceam, qui eos inter Canonicos non agnoscunt. Laudat cito-
tatus liber quendam Raziam , qui se ipsum in-

interfecit, ne in hostium manus veniret, quo exemplo Circumcelliones Augustini ætate abutebantur ad furorem cœtusque suę stabilendum. Deniq; ad finem libri hæc verba habentur: Si recte scripsi, est quod volui: fin autem minus dignæ, concedendum est mihi, &c. Quæ verba non recipiunt spiritum sanctum. Sed fac authenticum esse librum, num iam obtinebunt quod volunt? Minime gentium. Dico sanctorum facta non præjudicare veritati. Dico non licuisse Iudæ offerre sacrificia aliena à lege Dei, cum scriptum sit: Quod præcipio vobis, hoc seruate, ut facias, nec addes quicquam, nec minuas. Quid enim? Num lex iubet significare pro mortuis? Num tale aliquid docuerunt Prophetæ, aut exercuerunt Sancti? Postquam ergo cum errore coniunctum est, & illegitimum Iudæ factum, rapi non debet in imitationem. Cumque Purgatorius iste ignis in sanguinem Christi, qui solus emundat Ecclesiam, contumeliosus sit, facet è maculatorium dixit, quisquis ille fuit,

Deut. 12

Citant librū de vera & falsa pœnitentia sub Augustini titulo, cùm Augustinus: libri huius capitil 17. ab auctore citetur, quod est argumento, librum hunc longè post Augustini ætatem scriptum esse, quod etiam stylus

AD CENSVRAM THEOLOGA-

Ius arguit. Sed Theologistæ libros Patrum
rarò inspiciunt: Tantum fragmenta apud
Gratianum & Lombardum suos Euangeli-
stas legunt. Contradicit autem huic libro
Augustinus de Vanitate seculi, capite pri-
mo: Scitote verò, inquit, quòd cùm anima à
corporè euellitur, statim aut in paradyso pro
bonis meritis collocatur, aut certè pro pec-
catis in Inferni tartara præcipitatur. Eligi-
te modò quod vultis, & hoc iam in vita ve-
stra disponite, aut perpetualiter gaudere cù
Sanctis, aut sine fine cruciari cum impiis. V-
bi hic purgatorius igais intercedit? Huc ac-
cedit, q̄ liber ab Aduersariis citatus, multa
superstitiosè præcipit, Ut cùm iubet pœni-
tentes se abdicare militia & magistratu, &c.
quæ nequaquam Augustini genium resipiūt.

Cap. 15.

De Fide
& Oper.

cap. 15.
De Ciui

tate Dei
libro. 21.

cap. 26.

In libris Confessionum nusquam Purga-
torii meminit Augustinus. In Enchiridio ad
Laurent, cap. 67. confutat eorum errorem,
qui conseleratis hominibus per ignem salu-
tem promittebant. Quam opinionem & ali-
bi refellit. Cap. 68. exponit locū Pauli 1. Co-
rinth. 3. Ligna, fœnum, stipulam, intelligit re-
rum sacerularium quamuis licetē concessarum
tales cupiditates, ut amitti sine animi dolore
non possint. Rursus: Aedificare aurum, ar-
gentum, lapides pretiosos, intelligit ita Chri-
sto

aut.

Sto in h[ab]ere, ut hec secularia prorsus speras
 nec vlo corum amore implicere. Huius o-
 pus igne examinatum non exuri, quia non di-
 lexit ea, quorum amissione crucietur. Illius
 autem opus exuri, quoniam sine dolore non
 percunt, qua cum amore possessa sunt. Sed,
 quia retinet fundamentum Christum, saluus
 est quidem, sic tamen quasi per ignem. Quia
 viri cum rerum dolor, quas dilexerat, amissarum : sed non subvertit neque consumit,
 fundamenti stabilitate atque incorruptione
 munitur. His itaque expositis subiungit ca-
 put 69. Tale aliquid post hanc vitam fieri
 incredibile non est, & utrum ita sit queri
 potest. Et aut inueniri, aut latere, nounullos
 fideles per ignem quendam purgatorium :
 quanto magis minus ue bona pereuntia dile-
 xerunt, tanto tardius citius ue saluari. Non
 tamen tales de quibus dictum est, q[uod] regnum
 Dei non possidebunt. Quibus verbis signifi-
 care videtur Augustinus, non incredibile esse
 quosdam spiritus defunctorum salvandos, cum
 a corporibus migrant, aliquantis per igne do-
 loris torqueri, ob amissionem rerum chariss.
 Ait enim: Tale aliquid post hanc vitam eti-
 am fieri incredibile non est, videlicet quale
 dixit de uestione doloris rerum amissarum. Nec
 simpliciter ait per ignem purgatoriū, sed in-
 t̄ (quendam) Deniq[ue] addit: Quantò
 magis

AD CENSVRAM THEOLOGA-

magis minusue bona percuntia dilexerunt
(non meminit satisfactionum om̄sarum)
tantò tardius citiusque saluari. Certè non
loqui Augustinum de Purgatorio Mataeo-
logicovel illud argomento est, quod expressè
dicit: Ignis de quo locutus est eo loco Apo-
stolus Paulus: talis debet intelligi ut ambo
per eum transeant, id est, & qui ædificat su-
per hoc fundamentum aurum, argentum, la-
pides prætiosos, & qui ædificat ligna, fœ-
num, stipulam. Cum enim hoc dixisset ad-
iunxit, Vniuscuiusque opus quale sit, ignis
probabit, &c. Nisi fortè eum in aëre collo-
cent, singantque cum Alcuino nescio quo,
sanctos omnes, cum ad cœlum euolant per
ignem illum transire.

Confirmant hanc sententiam & alia Au-
gustini loca. De fide & operibus cap. 16. opi-
natur eos quibus charæ sunt diuitiae, vxor,
liberi, & earum rerum amore implicantur,
ita tamen ut è fundamento Christo non ex-
cidant, in earundem omissione detrimen-
tum pauros, per ignem quendam doloris per-
uenturos ad salutem. Fusius deinceps in
hanc sententiam disputat, & tandem con-
cludit: Siue ergo in hac vita tantum homi-
nes ista patiuntur, siue etiam post hanc vi-
tam talia quædam iudicia subsequuntur, non
languore libe piasq; mibitio
ab-
soluti

abhorret quantum arbitror à ratione veritatis iste intellectus huius sententiae . Nota lector verba : Talia qædam iudicia subsequuntur.

Libro de Ciuitate Dei 21. cap. 26. vocat ignem tribulationis , qui infidelibus delitias & amores etiam licitos exuret , ad quem ignem dicit pertinere & orbitates , & quascunque calamitates , quæ adferunt hæc . Et inter alia sic loquitur : Post istius sanè corporis mortem , donec ad illum veniatur , qui post resurrectionem corporum futurus est damnationis & remunerationis ultimus Dies , si hoc temporis intervallo spiritus defunctorum eiusmodi ignem dicuntur perpeti , quem non sentiant illi , qui non habuerunt tales mores & amores in huius corporis vita , vt eorum ligna , & fœnum , & stipula consumatur : alij vero sentiant , qui eiusmodi secum ædificia portauerunt , siue ibi tantum , siue hic & ibi , siue adeo hic , vt non ibi , secularia quamvis à damnatione , venialia concremantem ignem transitoriae tribulationis inueniant , non redarguo , quia forsitan verum est . Hæc ille . Subiicit ad hanc tribulationem pertinere posse & ipsam mortem carnis , & Ecclesiæ ærumnas , atque persecutiones quibus Martyres coronantur .

AD CENSVRAM THEOLOGA-

Vides lector Augustinum talem ignem Purgatorium non agnoscere, qualem Matæologia nostra commenta est. & obserua illum perpetuò loqui de vñtione doloris, quæ delitias & amores etiam licitos vxoris, liborum, opum, & eiusmodi rerum in fidelibus exurat. Quid hæc ad poenas & satisfactio-nes Matæologicas, in hac omissas vita? Quod enim iudicia illa quæ mortem subsequuntur attinet, nihil affirmat Augustinus, sed totum hoc in dubio relinquit.

Constat etiam ex præmissis Augustini atatem nihil dum certi aut comperti habuisse de purgatorio, nec temerè offendes scriptorem Ecclesiasticum, Augustino maiorem, qui expressam Purgatorii mentionem faciat. Et tamen tam sunt effrontes istæ beluae, ut vetustissimos quosque pro se citare haud vereantur.

Sed habeant sanè pro se multa humana testimonia, quid illis efficient? Quando nos omnibus illis opponemus oraculum coeleste Apocalip. 14. Et audiui vocem de cœlo dicentem mihi: Scribe. Beati mortui qui in Domino moriorunt amodò: etiam dicit spiritus, ut requiescant à laboribus suis. Sed opera illorum sequuntur illos? Huic oraculo succinie & ipse Augustinus de Cœitate Dei, lib.

lib. 13. cap. 8. In requie sunt , iuquit , animæ piorum à corpore separatæ : Impiorum aut pœnas hant, donec istarum ad æternam vitam, illarum verò ad æternam mortem, quæ secunda dicitur, corpora reauiscent. Atque hactenus de Purgatorio.

Rixantur etiam isti vitilitigatores de forma Absolutionis, quam contendunt esse: Ego te absoluo &c. Sed quibus aut rationibus , aut diuinarum literarū testimoniis, aut exemplis nobis approbabunt magicum illud murmur , quo tanquam absolutionis formula vti consueuerunt? Præsertim cùm ita proferant , vt neque sermo , cùm sit Latinus , ab Idiotis intelligi, neque ab attentissimis satis distinctè verborum sonus percipi possit. Estne ista ratio absoluendi , & verbum remissionis annuntiandi ? Nequaquam. Est enim ministri disertè proponere pœnitenti, sibique in peccatis suis displicenti verbum Euangelij de remissione peccatorum impletanda per Christum : quod si is qui audit, assensum præbeat illis quæ proponuntur, habet remissionem peccatorū. Sed satis hactenus has nærias persequutus sum. Tridentina fulmina iamdudum a-
tatem temeriter de-
fimus.

AD CENSVRAM THEOLOGA-

Vltimus Dialogus de reliquis Sacra-
mentis differit. Vbi initio reprehen-
dunt Monhemium de Confirmatio-
ne, quod non tantum vi Sacramenti, id est
1. quæst 1. operi operato tribuit, quantum Sacra-
mentarij isti vellent. At nos supra docuimus e-
tiam à Iesu Christo instituta Sacra-
menta, ex vi actionis non adferre salutem. Manus
impositionem, quod repeti præcipiatur, Gra-
tianus inter Sacra-
menta non agnoscit, & ci-
tat Augustinum de Baptismo contra Dona-
tistas libro 3. cap. 16. Manus impositio , in-
quit, non sicut Baptismus repeti non potest,
Quid enim est aliud nisi oratio super homi-
nem? Vnctionem sacram Basilius in libro de
Spiritu sancto inter Ecclesiæ traditiones re-
censet. Nimirum Ceremonijs affixum , est i-
stud hominum genus & nimirum magico suo
murmuri tribuit. Evidem re ipsa , nec sine
horrore quidem comperi , verum esse quod
scribit doctissimus Erasmus in illa Paræne-
si, quam præfixit Paraphrasibus suis in No-
uum Testamentum: Nunc multi sunt quin-
quagenarij, inquit , qui nesciant quid vole-
rint in Baptismo, qui ne somniarint quidem,
quid sibi velint articuli fidei , quid precatio
Dominica , quid Ecclesiæ Sacra-
menta . Hoc
ita esse sèpenumero deprehendimus , vel ex
fa-

familiaribus colloquijs, vel ex arcanis confessionibus. En vim operis operati, en actionum sine doctrina mutarum fructum. Cui tam deplorandam Christianæ plebis ruditatem & inscitiam, nisi istis præstigiatoribus imputabimus? Utinam Ecclesiæ obsequentur Erasmi saluberrimo consilio, quod in eadem Parænesi tradit, considerem futurum, vt non tantum titulo, consuetudinibus ceremonijs, sed etiam verè Christiani esse mus.

De Matrimonio attingunt quæstionem. Vtrum rata debeant esse matrimonia, citra consensum Parentum inita. Sed quia opersum esset hanc quæstionem excutere, & defensio Catechismi id non magnopere requirit, nos eam in medio relinquimus.

De extrema Vnctione sic agunt, quasi Monhemius illis clinicam hanc Ceremoniam eripuisse. Atqui non vetat Monhemius ne adhibetur, tantum hoc agit, ne παρεμποδία desit, sine qua Ceremonia nihil prodest. Nec obscurum est, quām superstitionē hæc vntio passim administretur. Accurrit Sacrificus, cum oleo ad agrum, preculas suas demurmurat lingua exotica, quam circumstantes non intelligunt, aut si intelligant, ita

AD CENSVRAM THEOLOGA-

tamen demurmurat, ut verba percipere non possint, accedit & mortuorum iuuatio. Hæc cne oratio fidei est, quæ alleuabit infirmū? Postea ad vunctionem suam hæc verba profert. In nomine Patris & filij, & Spiritus Sancti, vngo te oleo sacrato, ut per hanc vunctionem accipias plenam remissionem peccatorum. Quælo quæ scriptura docet per vunctionem illam plenam remissionem peccatorū coulequir? Hæc superstitionis nequaquam cum veteri more consentiunt. Nec Sacrificulum aliquem ad ægrum aduocari vult Jacobus, sed Ecclesiæ Presbyteros. In quem locum Bedæ glossa ait: Non ad minores minusque doctos causam imbecillitatis suæ referat, ne fortè quid per eos allocutionis, vel nocentis consilii accipiat. Hæc glossa Theologistæ si obtineat, iam bona pars vestri gregis ab hac functione exclusa erit. Quid enim (ut de ætate taceam) vestris pecudibus indoctius, aut ad res sacras administrandas ineptius? Quid quod sinistri ominis apud vulgus est vestra vunctionio, nec temere admittitur vñctor, nisi rebus omnibus desperatis, & ut Martialis ait:

Iam scrobc, iam lecto, iam pollinctore parato?

Vnde natum est Vulgare Proverbiu[m]:

Non

Non diu viuere pisces , simulatque oleo immerguntur, quo significant , non diu superesse agitos , postquam oleo delibuti sunt. Tantus scilicet huius olei ad salutem est effectus.

Hactenus disputationem institui, vt auctoritati Patrum plurimum tribuerim , & auguste de vetustate senserim , quod nolim quisquam eò rapiat, quasi omni superstitione liberem antiquitatem , aut Patres nusquam hallucinatos fuisse existimem. Possem enim recensere multos fardos errores & pudendas hallucinationes Illustrissimorum & præclaris nominis Patrū, nisi mallem honori eorum & existimationi parcer e. Vnum tamen quia ad rem de qua nunc agitur, nō nihil pertinet, præterire non possum , Dionysius Areopagita, quem interdum tanti faciūt Theologasti, vt tanq; Apostolicum virum tantum non adorent , in libro quem scripsit de cœlesti Hierarchia , cùm rationem humandi corpora fidelium tradit, Chrisma dicit super cadauer effundendum : quod ne Theologitæ quidem , vt opinor , à superstitione liberabunt . Est enim sumptum ab Ethnicis, qui mortuorum cadauera lauabant , quod & Apuleius ultimum lauacrum vocat , cui vntura addebatur , vt Ennius inquit.

De Afrod
Tars aureoli, 9.

AD CENSVRAM THEOLOGA-

Eneid. 6. Tarquinij corpus bona fœmina lauit & unxit.
Item Vergilius de Miséri funere:
Pars calidos latices, & ahenia undantia flāmis
Expediunt, corpusq; lauant frigētis & ungunt.

Habuerunt igitur & Ethnici extre-
mam suam vñctionem, quæ hoc differt à Ma-
tæologica , quod illi mortua cadavera in-
vngabant , isti verò semimortua & adhuc
spirantia inungant . Et quia iam inde ab A-
postolorum tempestate cœperunt in Eccle-
sia errores , in qua non defuerunt , qui pro
mortuis existimauerint suscipiendum esse
Baptismum , stolidum est ita admirari ve-
tustatem , quali ea omni superstitione ca-
ruerit . Deferendum quidem est Patribus ,
ita tamen ut nonnulla in scriptis eorum cum
venia legamus . Ut vt enim eruditione , pi-
etate vitæque sanctimonia excelluerunt . ho-
mines tamen fuerunt , & interdum ut ho-
mines errarunt : nec super fundamento , quod
est Christus , argentum , aurum , lapi-
des præciosos perpetuò ædificarunt ,
quin & ligna , scenum , stipulam ,
nonnunquam structuræ ad
miserunt .

In

IN Peroratione, suo more Monhemii doctrinam Sycophantiis suis conspurcant, nati ad calumniandum Theologastri, eamque nouitatis insimulant, & hunc δινύλωος omnemque calamitatem Republicæ Christianæ veritatis assertoribus imputant, & quoscunque possunt, à veritatis cognitione deterrent.

Porro, quam vanè Monhemio nouatæ doctrinæ crimen obiiciant, vel ex eo intelligere potes Lector, quod nos Catechismum eius vetustissimorum Patrum testimoniis tutati sumus. Christo in Euangeliō repudii indulgentiam astringentι, Pharisi Mosen Matt. 19 huius indulgentiæ permissorem obiiciunt, quos ille ad primam coniugii institutionem reuocans ait: Ab initio non fuit sic: Ita & nos Matæologos nouationibus suis antiquitatem prætexentibus, ad fontes & Apostolicæ Ecclesiæ praxim reuocamus. Crepat illi receptas Constitutiones, Decrēta, Ritus: propugnant Idolorum cultum, Mortuorum invocationem, Sacramenti mutilationem. At nos cum Christo clamamus, Ab initio non sic fuit. Plausibiliter etiam quondam Ethnicam religionem defendens, in hanc sententiam dixit Symmachus: Si longa etas

AD CENSVRAM THEOLOGA-

tas auctoritatem Religionibus faciat, seruan-
da est tot saeculis tides, & sequendi sunt no-
bis Parentes, qui secuti sunt sciliciter suos.
Prorsus eadem vox est Theologastrorum,
autos ritus dependentium : Sed nos anti-
qua ius istos superstitionum patronos, ad
primam originem reuocamus, & monerimus
(vtor Prudentii verbis contra Symmachum
libro primo) *Vt deterrimus error,*
Ytq; superstitio ueterum procul absit auorum.

Cæterum, quod calamitates publicas Hæ-
reticis, hoc est, Euangelii Professoribus im-
putant, nihil noui faciunt, quando ea quoque
re Demetrianum aliquem aut Symmachum
nobis referunt. Est iste vetus mos Idolo-
latrorum, sicut ex scriptis Sanctorum Pa-
trum liquet. Prætexentes, inquit Tertul-
ianus, ad odii defensionem illam quoq; va-
nitatem, quod existimant omnis publice cla-
dis, omnis popularis incommodi Christianos
esse causam. Si Tyberis ascendit moenia, si
Nylus non ascendit in ariua, si coelum stetit,
si terra mouit, si fames, si lues, statim Chri-
stianus ad Leonem acclamatur. Conticui
haecenus, inquit ad Demetrianum Cypria-
nus, & impatientem patientia vici: quum
nec docere indocilem possem, nec impium
religio-

religione comprimere , nec furentem lenitatem cohibere . Sed enim cùm dicas , plurimos conquæri , quòd bella crebriùs surgant , quòd hæc , quòd famæ fæciant , quodque hymbres & pluuias serena longa suspendant , nobis imputari , vltra tacere non oportet , ne iam non verecundiæ , sed dissidentiæ esse incipiat & tacimus : & dum criminaciones fallas contemnimus refutare , videamur crimen agnoscere . Hæc enus Cyprianus . Deniq; tam trita fuit hæc apud Idololatras calumnia , vt inde teste Augustino de Ciuit. Dei , lib. 2 capite 3.) vulgare prouerbium exortum sit : Pluuiia defecit causa Christiani nominis . Ea res occasio fuit Augustino scribendi preclaros illos de Ciuitate Dei libros , & Paulo Orosio Hystoriam suam prætexendi . Nunc veterem calumniām renouant Sycophantæ , Artolatræ , vt mihi de hac re cogitanti in mentem veniat hic Poëtæ versiculus :

Et ueterem in limo ranæ cecinere querelam,

Illud verò ridiculum , cùm nihil eorum scripto sit acerbius & virulentius , cùm in Monhemium plauftra conuitiorum concerint , & nimbos calumniarum effederint , ita tamen eum existimare volunt , id ex mega charitate , & animi candore se fecisse .

O cando-

1827000

AD CENSVRAM THEOLOGA-

O candorem Matæologicam. Sed tempus
est, vt receptui canamus, quando in im-
mensum Apologiæ nostræ excrescit oratio.
Expedita res est accusare, inquit alicubi Era-
smus, sed multiloqua defendere, Quare te
prolixitati ignoscere, Lector, & quum est.

Dominum Iesum precor, vt Veritati
suæ patrocinetur, & Sycophan-
tarum rabiem, calumnias,
& imposturas re-
primat.

A M E N.

EXCVDIT GRATIANOPOLI

Petrus Cephalius Duromontanus,

Anno M. D. LXI.

Mense Septem-
bri.

